suos penitẽtiarios cõstituunt: et tũc talis est pꝛĩcipalioꝛ/ꝗ̃ inferioꝛ plat⁹: sicut penitẽtiari⁹ pape/ꝗ̃ ep̃us: et penitẽtiari⁹ ep̃i ꝗ̃ sacerdos parrochialis. et magis teneť ei cõfitens obedire. Alio modo vt eũ coadiutoꝛẽ illi⁹ sacerdotis cõstituat. Et q꞉ coadiutoꝛ oꝛdinatur ad eũ cui adiutoꝛ datur. ideo coadiutoꝛ est minus pꝛĩcipalis: et ideo penitẽs nõ tantum obedire teneť ei quãtũ ꝓpꝛio sacerdoti. Et sic nota ꝙ ꝯfitens nõ tantũ obedire teneť fratri quãtũ suo curato. ¶ Ad octauũ dicẽdũ est ꝭm sanctũ Thomã vbi supꝛa. ꝙ nullus teneť cõfiteri peccata q̃ nõ habet: et ideo si aliquis penitẽtiario ep̃i/vel alteri ab ep̃o cõmissionẽ habenti confessus fuerit cũ sint sibi dimissa peccata/⁊ quo ad deũ/et quo ad ecclesiã non teneť ea cõfiteri ꝓpꝛio sacerdoti quantũcũq꜃ petat: sed ꝓpter statutum ecclesie de cõfessione facienda semel in anno eodẽ modo se debet habere sicut ille qui solum habet venialia. Talis enĩ debet solũ venialia ꝯfiteri vt quidã dicũt. Vel saltem pꝛofiteri se a pctõ moꝛtali immunẽ. et ita ꝓcedere potest ex trauagãs. ad vberes. martini q̃rti allegata. Ad opinionẽ cõtrariam Hosti. Joan. mona. Henricus de gan. Joan. de poliat. et suoꝝ sequaciũ dicendũ est ꝙ illa repꝛobata et cassata est per Joan. xxij. in sua extrauaganti. vas electionis. vt dictum fuit supꝛa circa septimã cõclusionẽ. Dicendũ tamẽ est ꝭm sanctum Tho. vbi supꝛa ꝙ sic talis iterũ cõfiteri teneť etiã eadem peccata/qd̓ tamen est falsum. nam frustra pꝛimo cõfessus fuisset: quia quãto plurib⁹ sacerdotib⁹ cõfitetur quis: tanto plus de pena ei remittetur. tũ ex erubescentia confessionis que in penam satisfactoriã cõputatur. tũ ex vi clauium. Unde totiens posset aliquis cõfiteri ꝙ ab oĩ pena liberaretur. nec iteratio talis facit iniuriã sacramẽto: sed sola illa iteratio sacramẽti in quo sanctificatũ adhibetur per caracteris impꝛessionẽ/ vel per materie consecrationẽ: quoꝝ tamen neutrum est in sacramẽto penitentie vbi nec sãctificatur materia/nec caracter impꝛimitur. Hec sanct⁹ Thomas. Et licet ꝭm Bonauẽ. ⁊ Scotũ. in pꝛima absolutione tãtũ remittatuť de pena quãtũ remitti potest. et secunda absolutio nullã partẽ pene virtute clauium remittat/adhuc tamen valet iterata cõfessio. tum ꝓpter maioꝛẽ certitudinẽ/ tũ ꝓpter intercessionem confessoꝛis/tũ ꝓpter meritum ⁊ humiliationẽ. ¶ Ad nonũ respõdeo sicut iam dictũ est nõ tenetur ꝯfiteri peccata q̃ nõ habet. qui autẽ est rite absolut⁹ a fratre priuilegiato iã nõ habet ista peccata/quare nõ tenetur ea ꝯfiteri. Nec sanct⁹ Tho. hoc tenet: immo expꝛesse tenet cõtrariũ: vt patuit in solutione ꝑcedentis rationis. Sed bene tenet illud qd̓ Richar. de quo dixi supꝛa ꝯclusione septima/sc꜍ ꝙ si p̃sbyter parrochialis exigat tũc pctã si que habet q̃ nõ sit cõfessus fratri tenetur ei cõfiteri ꝓpter statutũ eccľie/vel saltẽ se pñtare corã eo ⁊ dicere se cõfessum fuisse/⁊ ipse debet ei credere/⁊ ei dare eucharistiã. nisi curat⁹ ꝓbabilia signa haberet ꝙ ille verꝝ nõ diceret tũc nõ teneť ei eucharistiã dare nisi fidẽ ei sufficiẽter faceret ꝙ alicui potẽti absoluere eũ/ꝯfessus esset. Et cõfessus fratri a debito semel cõfitẽdi suo curato in anno ꝑ priuilegiũ exemptus est. ¶ Unde nota ꝙ a dicta ꝯstitutione. oĩs vtriusq꜃. quidã excipiũtur directe: vt ep̃i et supenioꝛes p̃lati/⁊ inferioꝛes exempti

Cõfiteri null⁹ tenetur pctã q̃ non h꜍.

Cõfessio iterata quõ valet.

qui nō tenētur confiteri ꝓprio sacerdoti intelligēdo per talē curatum ꝓprium sꝫ possunt sibi eligere cōfessores qui adhuc sunt eorū ꝓprij sacerdotes: vt i. c. si. de pe. et remi. Indirecte vt qui talibus priuilegiatis cōfitentur: ita ꝙ anno illo eximuntur a confessione ꝓprij sacerdotis: nisi ꝓprius sacerdos sit homo discretus et hoc exigat tunc ei cōfiteatur quicquid fecit post ꝯfessionē fratri factā nō alia nisi velit et si vult eū vlterius cogere/non tenetur ei obedire, vt. s. dixi. ¶ Ad decimū dicendū est, cum nō habeat imperiū par in parē aut minor in maiorē, de ele. innotuit. ꝓhibere nō potest, nec i hoc subditi obedire tenentur nisi ex causa rōnabili hoc faceret. vt dixi in ꝓpositione pria. Hec Pe. Sed de exēptione iam dictū est. ¶ Ad vndecimū respondet Richar. ꝙ cū episcopus cōcedit alicui ptātē audiēdi ꝯfessiones nō aufertur iferiori curato sua iurisdictio qītū ad executionē sui officij qđ sibi icūbit ex sua iurisdictiōe q̄ ꝓncipalius est epi qꝫ illius. sicut in angelica hierarchia dona ordinū inferiorū excellētius sunt in superioribus. Preterea ista officia in ecclia militāte fuerūt distincta etiam latenter pregnante religionibus vtilibus ad huiusmodi officia exequenda. Unde postqꝫ ꝓdierunt in lucem conueniens fuit vt illorum officiorū aliquo modo scilicet ex cōmissione essent participes sicut posthumus partem accipit bonorum que ante suam natiuitatem alijs filijs erant diuisa. ff. de posthu. l. j. Hec Richardus. ¶ Ad duodecimum dicendū est ꝙ hoc est verum regulariter ⁊ de iure cōmuni. sed ex priuilegio speciali et concessione superioris bene potest. ita etiam est in proposito. Uel potest responderi sicut supra responsum est ad tertiū et quartū. ¶ Ad tredecimū dicendū est ꝙ parrochiani si habēt rationem potiorē eligēdi in cōfessorē priuilegiatū qꝫ suū curatum/et eligāt fratrem dictas sex qualitates. in cle. dudū. statutas habētem: nullū eis ex hoc de per se affertur damnum siue incōmodum: licet ex abusu licētie tam eis qꝫ fratribus cōcessa ipis dicta incōmoda ⁊ incōueniētia de per accidens euenire possent. ¶ Ad quartūdecimū de dissolutione vniuersitatū dicēdū est ꝙ vniuersitates ex hoc nō dissoluuntur ꝙ studētes ad ingressum religionū per fratres inducūtur moti zelo aiarū dño lucrandarū. Et si dolo tamen bono hoc facerent: quia hic dolus bonus est: q̇ quē meliorē facit cū liceat quem ad votū religionis inducere: si de eius vita meliori verisimiliter in monasterio ꝓsumitur. Exēplo sancti Andree qui cū vocatus a xp̄o esset adduxit etiā et Petrū. nec per hoc ꝙ aliqui sic inducti ingrediuntur eorū ordines vniuersitates dissoluūtur: sed magis spiritualiter crescūt cū per hoc maior salus ipsorū/ac honor deo ꝓcuretur. et etiā magis spiritualiter edificetur propter quē finē studia generalia instituūtur. Est tamen bene verū ꝙ sicut argumentū deducit nō licet quē precipue iuuenē ante annos discretionis circūuenire/et fraudibus/ac mēdacijs/⁊ fictis ꝓmissis/et munusculis ad profitendum/aut ingrediendum allicere: quoniam hoc est cōtra decretum Apostoli affirmare. Dicit enim et non sicut blasphemamur. et sicut aiūt. Nos quidē faciamus mala vt veniāt bona: quorū dānatio iusta est. Nō enim sunt faciēda mala vt inde eueniāt bona. ad Rom. iij. c. in. c. nosce. xxx. q. j. Hoc est etiā contra doctrinā beati Augustini. in libro cōtra mendaciū. vbi

Par in parē/et minor in maiorem nō habet imperiū.

Dolus bonus est aliquē ad religionis votū inducere

Mēdaciū fieri non dꝫ etiā ꝑ hominis aīa ⁊ vita saluāda.

expresse declarat ꝙ non est faciēdum mēdacium ꝓ aliquo malo vitando/ nec ꝓ cōmodo procurādo. etiā nec ꝓ hominis anima/ ꝯ vita saluanda. Ex quo satis probatur esse peccatū mortale si ꝗ fratres pueros et iuuenes fraudib⁹/ et fictis premissis ait emancipatione et annos discretionis inuitis parentibus detulerent et furarentur nec post modū eorū ordinē exire permitterent. immo nō solū peccare mortaliter viderētur ꝓpter furtū: sed etiā ꝓpter circūuentione et fraudē/ et ꝓpter mendaciū/ similiter ꝓpter trāsgressionē mādati ecclesie. ¶ Precipit enī fratrib⁹ predicatorib⁹ et minoribus. in .c. non solū. de regula. sub pena excōicationis. ⁊ in virtute sancte obediētie ne aliquē nisi maiorem quattuordecim annorū ad ꝓfessionem sui ordinis recipiant: et ne ante annū ꝓbationis elapsum similiter ꝓfessionē ab aliquo recipiant. qd̄ si fecerint recept⁹ nō est alligatus eorū ordini et ipsi a receptione ꝓfessionis aliorū ipso facto sunt suspēsi. et puniendi pena que pro grauiorib⁹ culpis eis cōsueuit infligi. Ratio penit. in. d. c. quia licet zelū animarū habentes eas lucrari dn̄o sollicite cupiant aliquos ad eorū ordines inducēdo. ac alliciando. tamen decet et expedit vt cōsciētie puritati non desit iudiciū rationis: ne si alicui spiritualis ꝓfectus queratur ipsis salutis dispendiū subsequatur. Igitur nō debet fieri talis allectio ⁊ inductio ꝑ fraudes/ circūuentiones/ ⁊ mendacia: ne si alios ad salutē quererent/ seipsos perderent. ¶ Ad quintūdecimū dicendū ꝙ ex hoc nō leditur ius curatorū si fratres nō abutuntur suo priuilegio: sed in finē propter quē eis cōcessum est: q2 nō leduntur in iure spirituali cū nō teneantur de ipsis reddere rationē deo in his que subditi eorū talib⁹ priuilegiatis ꝯfitētur: nec in iure tēporali: quia ꝓpter hoc decime eorū/ nec oblationes debite/ nec funeralia et obuētiones/ et alia huiusmodi iura curatis detrahunt. ꝙ si fratres priuilegio eoꝝ abutēdo aliquod horū fecerint: vtputa decimas/ aut oblationes ⁊c. curatis detrahendo: fatendū est ꝙ incurrāt penas in iurib⁹ adductis cōtentas. Et si nullū horū per fratres fiat: adhuc tn̄ quidā curati

Curati boni gaudēt: adiutoriū sibi ꝑ religiosos dari.

estimāt eis fieri preiudicium. nō vtiqꝫ boni ꝗ gaudent sibi dari adiutoriū: sed illi qui ꝗ sua sūt ꝗrūt: non que iesu xp̄i. et qui magis volunt pascere gregē ꝙ͂ pascere gregem. Et ideo tales tāte cecitatis cupiditate tenētur vt sua sibi auferri estimēt: cū hm̄oi priuilegiati auctoritatē sui iuris ꝓsequantur: et quasi dānū effusi vnguenti sibi recōpensare ꝗrūt. vt dr̄ in. §. ij xiij. q. j. immo suis stipēdijs nō cōtenti totū sibi auferri estimantes qd̄ talibus religiosis extraordinarie fideles in quotidiana elemosyna largiūtur. Et ideo cū conātur vsurpare qd̄ suū non est iusta animaduersione illud cogunt freqn̄ter amittere qd̄ eis aliquo modo videbat competere in decimis ⁊ oblationibus/ ⁊ hm̄oi. xt. xiij. q. j. his ita. ¶ Ad decimūsextū dicēdū est ꝙ nō est silr̄ de subditis respectu curati: et de religiosis respectu suorū superiorū: q2 maiori vinculo ⁊ obediētia suis priorib⁹ et gardianis sūt astricti. et vt euitet euagatio religiosoꝝ papa hoc priuilegiū nō cōcedit: fatendū tn̄ est ꝙ si hm̄oi priuilegiū curatis cōcederet tūc etiam sine licentia suorum priorum et gardianorum fratres ipsis confiteri volentes audire possent. ¶ Ad duas vltimas rationes est sciēdum ꝙ qui-

dam aſtruebant ⁊ dogmatizabāt ꝙ fratres petētes priuilegia pro confeſſionibus audiēdis et ſepulturis habendis eſſent in peccato mortali iiurie/ſuperbie/ auaricie et rapine. qui adducebant pro ſe has duas ratiões et plures alias quas adducere non curaui. Et ꝙ romani pontifices talia eiſdeꝫ cōcedentes etiam eſſent in peccato Sed qꝛ hoc reprobatū et dānatū eſt per Alexan. quintum in dicta extrauaganti. regnans. et temerarie illud defendentes aut gloſantes ſunt heretici cenſendi et excōmunicati. vt in. d. extrauagāti. dꝫ Ideo dicenduꝫ eſt ꝙ fratres qui hmōi priuilegia impetrauerūt et hodie impetrāt moti zelo animarum domio lucrandarum nō peccant: nec papa talia cōcedens in fauorem populi et vtilitatem eccleſie et pro bono curatoruꝫ vt eo melius poſſent regere populū cū ipſi non ſufficiant in ſic concedendo non peccant: quia vt dicit cancellarius parrhiſienſ. in tractat. ſuo vbi ſupra. ꝙ ſtatus fratrū priuilegiatorum ad predicandum/⁊ confeſſiones audiendum eſt ſtatꝰ poſt primariam eccleſie inſtitutionem rationabiliter ordinatus ad ſubleuationē eoꝝ q̇ hierarchicos in eccl'ia dei ſtatꝰ habent. preſertim poſt talem et tantam in temporalibus ditationeꝫ que ſecū attulit multā occupationē. igiꝉ fratres tali priuilegio vtentes et romani pōtifices ꝯcedentes nō peccant. ¶ Ad illud de clericoꝝ ſcādalo ⁊ de ſcrupuloſis cordibus dicendum eſt ꝙ duplex eſt ſcandalum. Paſſiuū vt ſi q̄s velit ſcādalizari ꝺ licito: ꝓpter tale ſcādalū papa non obmittit dare ꝓuilegia qꝛ nec xp̄s tale ſcādalū phariſeorū curauit cū dixit Petro. Dimitte eos qꝛ ceci ſūt. xj. q. iij. inꝉ ꝟba. ꝓpter tale ſcādalū maloꝝ non eſt

Statuſ fratruꝫ ꝓuilegiatorum ad ꝑdicanduꝫ ⁊c̄. ad quid eſt ordinatus.

ꝟitas ꝯfeſſiōis vl' ꝑdicationis obmittēda: qꝛ vtiliꝰ ſcādalū naſci ꝑmittiꝉ q̄ꝫ ꝙ ꝟitas relīquaꝉ. ꝺ reg. iuꝛ. q̇ ſcandalizauerit. Actiuū. vt cū aliq̇s iuſtā cāꝫ dat ſcādali. De hoc Matth. xviij. Qui ſcādalizauerit vnū ex puſill' ⁊c̄. Scrupulū illiꝰ ſcādali nō dat papa hmōi priuilegiū concedēdo. nec fratres ſine abuſu vtendo. ¶ Ad argumenta poſt oppoſitū dicenduꝫ eſt ꝙ ꝑma q̄ttuor ꝑ ordinē ꝓbant cōcluſionē primā. vt patet ex dictꝫ. Sꝫ qꝛ alia cōtra ꝟitatē et dn̄os curatos militant/igiꝉ reſtat ea diſſoluere. ¶ Ad quintū in ordie dicēdū eſt ꝙ Grego. loquiꝉ de ill' mōachis qui iuriſditionē habēt. vt pote quibus alicuius parrochie cura eſt cōmiſſa. De quibus etiā aliqui dicebāt ꝙ hoc ip̄o ꝙ monachi erāt nō poterāt abſoluere ⁊ pn̄ias iniūgere qꝺ falſuꝫ eſt. Hec ſanctꝰ Tho. vbi ſupra. An autē dicti fratres ſint monachi ⁊ noie mōachorum veniant: nō eſt diſputatio ad preſens. ¶ Ad ſextū reſpōdet ſanctus Tho. ꝙ in hoc ꝙ oportet proprio ſacerdoti confiteri aut alteri de eiꝰ licētia nō artaꝉ via ſalutis ſed ſufficiens via ſtatuitur. peccaret aūt curatꝰ ſi licentiā cōfitēdi alteri ſine cauſa denegaret: quia multi ſunt adeo infirmi ꝙ potius ſine confeſſione morerentur: q̄ꝫ ꝓprio ſacerdoti ꝯfiterentur. igitur. ¶ Ad ſeptimum reſpondet Hen. de gan. ꝙ aliquis poteſt eſſe delegatus tripliciter. Uno mō ad vniuerſitatem cauſarum. vt eſt legatus pape de latere. et tales ſunt maiores ordinarijs curatis et principaliores: quia vices pape gerūt in prouincia ſibi decreta. vt in. c. j. et. cap̄. volentes. de offic. lega. Secundo ad aliquam cauſaꝫ terminandam quam cum inchoauerint ſunt maiores ordinarijs in illo caſu. vt in dicto ca. paſtoralis.

Curatꝰ peccaret ſi licentiaꝫ confitēdi alteri ſine cauſa denegaret.

de offi.ordin.et in ca.sane.de offi. delega. Tertio dicunt delegati i subsidium ordinariorum. et tales nõ sunt maiores ordinarijs sz minores quales sunt fratres ex priuilegio confessiones audictes.ta les non sunt proprie delegati. delegatus enim tenet suscipere cau sam sibi delegatã. sz dicti fratres ad hmõi officiũ nõ obligãtur. nec etiã subditi eis ɔfiteri obligant sz volẽtes eis cõfiteri possunt audire iurisditione ex priuilegio concesso. ¶ Ad octauũ dicẽdũ est ꝙ hoc verũ est si fiat sine ꝑiudicio curatoꝝ.s. ꝙ subdit⁹ faciat debitũ suũ curato. Si aũt intelligit ꝙ fiat cũ ꝑiudicio cõfessorz ordinarij null⁹ sane mẽtis ɔcedit. ¶ Ad nonũ vide.s.i ɔclusionib⁹:quinta/sexta/et seqntib⁹. Ad decimũ ibidẽ ¶ Ad vndecimũ est dicẽdũ ꝙ curati sũt de institutõe xpi et aploꝝ suoꝝ a ꝑncipio fundatiõis eccl'ie q̃ institutio p ɔclarationes sũmorũ põtificũ et sinodoꝝ/tam gñaliũ q̃ spãliũ magz ac magz innotuit. Jõ dicit glos. Bede ꝙ epi tenẽt statũ duodecim aploꝝ in succedẽdo.et status curatorũ succedit statui septuagintaduoꝝ discipuloꝝ xpi q̃ ad legẽ nouã.et figurat⁹ est in ãtiqua lege p leuitas. Hoc idẽ habetur i.c.in nouo.xxi.di.vbi dr ꝙ in eccl'ia duo sũt ordies ab ipius exordio fundati a xpo. Prim⁹ ẽ maiorũ sacerdotũ scz epoꝝ. Secũd⁹ minorum scilicet sacerdotuz aliorum curatorum. Et sicut episcopi imediate sunt a xpo quia ɔtinuãt ordinem apostolorum quẽ christ⁹ instituit.sicut miores sacerdotes sunt immediate a christo. quia cõtinuant ordinem septuaginta duorum discipulorum. Est igitur status curatoꝝ de essentiali et intrinseca ecclesie hierarchia/ sicut status prelatorum. q̃uis inferior et ꝑ sua prouectiõe variabilior.quaratione curati simplices nõ eque proprie dicuntur sponsi sicut episcopi. liberiusq; permittuntur cedere vel renunciare curis suis vt patet de renũ.et de trãsla.p̃la.q̃si per totũ.status autẽ fratrũ ꝑuilegiatoꝝ est stat⁹ post ꝑmariã institutionẽ ordinat⁹:vt supra dictuz est. Ex quo sequit ꝙ status curatorũ supior est hierarchia eccl'ie ad statũ simpliciũ religiosorũ/sicut diuin⁹ ille dionysius et Hieronym⁹ determinãt:qr est status perfectionis nõ solũ acq̃rẽde:sed etiã exercẽde cũ sibi cõpetat tam obligatio q̃ auctoritas reducẽdi actus ad deum ƀm hierarchicos actus:q̃ purgare/illuminare/ꝑficere noiantur. Hec cancellarius parisieñ. ¶ Ad duodecimũ vide solutionẽ in conciusione duodecima. ¶ Ad tredecimũ dicẽdũ est ꝙ curati multi sunt scientifici/boni/ꝛ discreti/benefaciẽtes/et perficiẽtes officiũ suũ:et p se ad hoc sufficiẽtes tales nõ indigẽt coadiutoribus.vbi vero sunt aliq̃ ignorãtes vel defectuosi eps hoc cognoscere et eos deponere debet: vł illis coadiutores dare.qđ si nõ fecerit/possunt subditi ad dictos fratres/aut alios ꝑ cõfessione recurrere. ¶ Ad quartũdecimũ dicẽdũ est ꝙ ꝑdicatores ꝛ minores ante tẽpora Bonifacij octaui qui fuit cõpilator sexti decretaliũ habuerũt quoddã priuilegiũ qđ incipiebat.ad vberes.in quo dabat eis auctas audiẽdi confessiones: sic tñ ꝙ cõstitutio cõcilij gñalis/ scz ois vtriusq;.in suo robore ƀua ret:ita ꝙ ɔfessi fratrib⁹ tenerẽtur nihilomin⁹ saltẽ semel in anno cõfiteri suis prochialib⁹ pbris. sup quo inter doctores Parisieñ.tpe Hen.de gan. ꝛ dictos fratres lõga cõcertatio fuit. Deinde plura alia rescripta hmõi a curia emanauerũt. Deiñ Bonifaci⁹ octau⁹

Curati sunt de institutione christi.

Ordines duo fuerũt fũdati a christo.

Curatorũ stat⁹ supior ẽ hierarchia ecclesie ad statũ simpliciũ religiosorum.

illā decretalē sup cathedram edi
dit āno dñi. M.ccxcviij. que ho-
die est cle. dudū. de verbo ad ver-
bum inserta. Quā postea Bñdi-
ctus. xj. ꝑ suā extrauagā. iter cun
ctas reuocauit. Deinde Clemens
v. anno dñi. M.cccxiiij. illā inter
cūctas Benedicti. xj. ꝑ cle. dudū.
reuocauit. ⁊ illā sup cathedrā Bo
nifacij. viij. quā ibidē habem⁹ re-
nouauit. Deīde tpe Johānis. xxij

Errores tres iohannis de poliat doctoris ꝑisiens.

quidā theologie doctor parisieñ.
magister Johānes d poliat circa
materiā d. cle. dudū. tres articu
los asserebat. Primus ꝙ confessi⁹
frībus lniam generalē habētibus
tenetur eadē iterū confiteri ꝓprio
sacerdoti. Secundus stante gene
rali concilio oīs vtriusqꝫ nō potest
romanus pōtifex facere ꝙ parro-
chiani non teneantur confiteri se-
mel in anno ꝓprio sacerdoti quē di
xit curatū. imo nec deus quia im-
plicaret contradictionē. Tertius
ꝙ papa nō posset dare licentiā ge
neralem ⁊ potestatē audiēdi con-
fessiones. imo nec deus quin con-
fessus fratri teneatur eadē cōfite
ri ꝓprio sacerdoti. Hos tres articu
los dānauit ⁊ reprobauit idē Jo-
han. xxij. in extrauagāti. vas ele-
ctionis. Qui etiam d. cle. dudum
ad augustinenses ⁊ carmelitas ꝓ
rogauit. Deinde tempore Alexā.
v. qui erat successor Joh. xxij. di-
cti tres articuli dānati iterū pra-
cticabāt. ⁊ alij quoqꝫ cū his astrue
bantur. Primus statutū vas ele-
ctionis est irritū ⁊ inane: quia cū
illud fecit hereticus erat. et ideo
quicquid fecit irritum est. Secū-
dus confessio frībus admissis fa-
cta est dubitabilis ⁊ incerta. qua-
propter homines tenentur dimit
tere incertū ⁊ sic solū cōfiteri suis
sacerdotibus curam animarū ha-
bentibus sub pena peccati mor-
talis. Tertius: ꝙuis fratres ad-
missi habeāt auctoritatē absoluē-
di ⁊ audiendi confessiones. tamen
populus subiectus nō hꝫ ptātem
accedendi ad mēdicātes sine licē
tis ꝓprij sacerdotis. Quart⁹: fres
petētes ꝑuilegia ꝓ ꝯfessiōib⁹ au-
diēdis ⁊ sepultur; hmōi sūt ī pctō
mortali. et romani pōtifices talia
ꝯcedētes eisdē sūt in pctō ⁊ excōi
cati. nec sūt aut fuerunt pastores
sꝫ fures latrōes ⁊ lupi. Quīt⁹: sa-
cerdos curat⁹ dās lniam mēdicā
tib⁹ audiēdi ꝯfessiōes mag; dispē
sat cū statuto oīs vtriusqꝫ ⁊c. ꝙ pa-
pa dās mēdicātib⁹ iuxta formā
decretal' dudū. Hos quoqꝫ articu-
los cū trib⁹ ꝑcedētib⁹ dānauit idē
Alexā. v. in extrauagā. regnās in
excelsis triumphās eccl'ia ⁊c. Dā
nat etiā tales q̇ eos ꝑdicāt aut te
merarie defēdūt aut glosāt tanꝙ
hereticos cēset ⁊ ipso facto excōi-
cat absolutionē sibi reſuās. Dein
de āno. M.ccccxv. ꝯcilio Cōstan-
tieñ. ꝑ vniuersitatē ꝑisieñ. petitū
fuit ꝓ reuocatiōe dicte extraua-
gā. Regnās ⁊c. cū videat itolera-
bilis ex mō. xj. articulorꝫ ibi cōdē
natorꝫ. ex fulminatiōe penarꝫ gra-
uissimarū ⁊ horrendarū. Item ꝙ
nec glosari debeat cum multa sint
ibi dubia. Illud aūt petitum non
erat ꝓ tūc obtentū. Idē attēpta-
bat postea i ꝯcilio Basilieñ. nō tñ
obtētū. ecce bellū iueteratū. Fuit
īsup aliud bellū sup mēdicitate ⁊
spōtanea pauptate. ¶ Ad quītum
decimū rñdet. s. Tho. ꝙ sacramen
tum eucharistie nō reqrit iperiū i aliquē
hoiem. secus aūt est in sacramēto
pnīe. iō ratio nō cōcludit. ⁊ tñ ni-
hilomin⁹ eucharistiā ab alio acci

Eucharistie sacramentum ab alio ꝙ a ꝓprio sacerdote non licꝫ accipere,

pere ꝙ a ꝓprio sacerdote nō licꝫ.
vt dixi supra in quīta conclusiōe.
licet verū sit sacramentū quod ab
alio accipitur. ¶ Ad sedecimū re
spōdet sctūs Tho. ꝙ electio discre
ti sacerdot; nō est nobis ꝯmissa vt
nr̄o arbitrio faciēda. sꝫ de lnia su-
perior; si forte ꝓprius sacerdos esset

min⁹ idone⁹ ad opponendū pecca to salutare remediū. ¶ Ad decimūseptimū dicendū: ꝙ qꝛ prelatꝫ incūbit sacramēta dispēsare que non nisi mundi tractare debent. nō ꝯcessū est eis a iure. i. ca. fi. de pe. et re. ꝙ possunt sibi eligere propos cōfessores q̄ ꝗ̄tū ad hoc sunt eis supiores. Sicut vnus medic⁹ ab alio curatꝛ nō inꝗ̄tuꝫ est medicus sed inꝗ̄tū est infirm⁹. ¶ Ad decimūoctauū dicendū est ḃm sanctū Tho. ꝙ in illis casibus in quib⁹ ꝓbabiliter timet cōfitens periculū sibi vł sacerdoti ex ꝯfessione ei facta dꝫ recurrere ad supiorē vł ab eodē petere lniam alteri ꝯfitendi ꝙ si lniam habere nō possit idē est iudiciū q̄d de illo q̄ nō habꝫ copiam sacerdotꝭ nec in hoc trāsgredi tur aliq̄s p̄ceptū eccl̄ie: qꝛ p̄cepta iurꝭ positiui nō se extēdūt vltra intentionē p̄cipientis q̄ est finis p̄cepti. hic aūt est charitas ḃꝫ Apl̄m. nec in hoc fit aliq̄ iniuria ꝓprio sacerdoti: qꝛ p̄uilegiū meretꝛ amittere qui est ꝯcessa sibi abutitꝛ ptāte vt in. c. tuaꝝ. de p̄ui. in. c. licet. de reglari. xj. q. iij. p̄uilegiū. cū ꝯcor. ¶ Ad decimūnonū dicēdū ꝙ speciale derogat ḡnali: et alie regłe iurꝭ nō sunt vniuersaliter ṽe. ſꝫ in casib⁹ tenēt et in casib⁹ nō. qui casus aliq̄n exp̄munꝛ in iure: aliquādo nō. ¶ Ad penultimū dicendū est ꝙ veꝝ est sed subtrahere ꝓprio sacerdoti actū confessiones audiendi q̄n nō est op⁹ auditiōe extra nei ceteris paribus nō est equuꝫ. Hec Hen. de gan. ¶ Ad vltimuꝫ dicendū est ꝙ curati ꝓ eo nō debent se opponē eis si singula circa hoc statuta seruauerint ꝙ si nō bene possunt se eis opponere ad manū tenendū statuta ecclesie. et precipue pro exquirenda veritate si sine scandalo fieri potest. al̄s nō. vt dictum fuit in vltima cōclusione nec ꝓpꝛ hoc curatis male euenit saltē in futuro seculo. licet bene aliquando in hoc seculo contingat. quod tamē ad vitā eternā eis non nocet: quia melius est ꝓ veritate pati suppliciū: q̄ꝫ ꝓ adulatione consequi beneficiū. xj. q. iij. nemo pitoꝝ. Et tātū d̄ isto. ¶ Quinto quero: nūquid si ep̄s alicui dat licentiā alteri confitendi ex iusta causa nihilomin⁹ necessaria sit licentia ꝓprij sacerdotis. Pone ꝙ non vult rogare propriū sacerdotem ⁊ tamen si rogaret iste forte licentiam nō negaret. Quidam dixerunt ꝙ necessaria sit. Alij cōtra ⁊ hoc verum est vt patet ex dictis quia etiam ep̄s est proprius sacerdos vt supra dixi. Ex istis iteꝝ infero hic contra glosam ꝙ qui confitetur priuilegiatis mendicantibus non habet prius petere licentiam a ꝓprio sacerdote quia plus operatur licentia iuris scripti interueniente forma ḃm quam mendicantes possunt confessiones audire. de qua i cle. dudum. §. statuimus. q̄ꝫ simplex licentia episcopi. ⁊ tamen cum licentia episcopi potest. igitur. Et quia videtꝛ hoc papa dicere in. §. statuimus. q̄ ꝓpter hoc contētus est de p̄sentatiōe eorum ep̄is facta q̄ etiā nō facit aliquā mentionē de licētia ꝓprij sacerdotis: quā si voluisset p̄cedere vtiq̄ dixisset sicut i alijs. ar. C. de caduc. tol. l. vna. §. fi. de decimis. ad audientiā. ⁊ maxie facit in verbo libere. vbi etiā hoc no. glo. Dicunt tamen aliqui ꝙ ante factum cōsulerēt lniam petere: post non. Istud aliq̄b⁹ non placet. qꝛ si tut⁹ est cōfitens eis ⁊ licenciatus per ius vt dictū est: ad q̄d cōsulendū est in casu non dubio. ar. l. j. in fi. ff. de ac. emp. Preterea nam aut sufficit petere ⁊ petitio est inanis cuius non expectatur cōcessio: licet aliud sit in cōsilio. de arbitris. cum olim. de elec. cum in veteri.

Prelati sibi ꝯfessorez eligere possunt

Ep̄s si dat licētiam alteri confitendi an req̄ratur licētia sacerdotis ꝓprij.

aut reqritur obtentio. ꝛ hoc esset
priuilegiũ mẽdicantiũ subijcere
volũtati proprij sacerdotis quod
nõ est de intẽtione iuris.raro etiã
licentiã concederet illã presbyter
parrochial': ꝛ ita ꝑuilegiũ eẽt eis
inutile. De intentione ꝗ iuris ẽ ꝙ
in hac potestate audiẽdi cõfessio
nes accumulenꝶ presbyteris par-
rochialibus. Bene tamen verum
est ꝙ decens est vt hoc faciat: vel
saltem se in genere suo curato pre
sentet anteꝗ̃ sacramentũ euchari
stie recipiat. tñ ad hoc nontenenꝶ:
nec peccat si hoc nõ ex cõtemptu
sui curati obmittit facere. vt patz
ex dictis. Ex quo ĩfertur potesta
tem fratrum p̃sentatorum quo ad
quid laxiorẽ eẽ potestate curato-
rum quibus nõ subditus eorũ cõ-
fiteri nõ potest sine licẽtia proprij
sacerdotis vt hic ĩ textu. fratrib⁹
vero sic. Cui⁹ ratio est. quia hij de
putãꝶ per ciuitatẽ ꝛ dyocesim: illi
vero ꝑ parrochias vt hic. Sed di
ceres. Ex quo quis sine licẽtia cõ
fiteri potest mendicantibus: nun-
quid potest sibi diuersos eligere ꝛ
sepius variare vt vno anno currat
ad fratres p̃dicatores: alio ad mi
nores. vel vno ãno ad hũc alio ad
aliũ. Dico ꝙ nõ: si in fraudem fa-
ciat: vt quia semper recidiuat: et
ita verecundaretur redire ad ꝑo-
rem. vel quia sibi hoc anno magis
gratiosum querit: nõ tamen nego
quin absoluaꝶ. sed incõsulte agit.
quia minus integra confessio: mi-
nor etiam verecundia: ꝛ ita minor
satisfactio: ꝛ ꝑ cõsequẽs maior pe
na futura. Et quia is qui noscit
preteritã eius vitã melius sibi cõ
sulit ꝗ̃ is cui de nouo confiteꝶ. ar.
de elec. suis. Et hoc verũ nisi isti
quẽ de nouo eligit oia sua pctã p̃-
terita confiteaꝶ: quod potest vt su
pra dixi. Sed si iusta causa nouuz
eligat: vt quia nõ habz copiã ꝑo-
ris vel mortuus est: vel nõ est pre

Confiteri an aliqs possit vno anno ffi predicatori et alio anno minori.

sens: nec cito venturus. vel suspe
ctum eũ habz ꝙ confessionẽ eius
reuelauit. tũc tute sibi aliũ eligit
ar. C. de iudi. l. ꝓperãdũ. §. si aũt.
de secundis nup. c. penul. ꝛ fi. dũ-
modo saltem in genere confiteaꝶ
p̃terita. Sexto q̃ro An ep̃s reuo-
care valeat p̃sentatos sibi fratres
ꝫm formã dic. cle. dudũ. De hoc ĩ
parte dixi supra in cõclusione ter
tia. Et videtur ꝙ sic. ff. de iudi. l.
iudiciũ. Sed cõtrariũ tenet Joh.
an. in dic. §. statuim⁹. super verbo
concesserit. nisi ex cã hoc faceret
ar. c. decet. de regulis iu. li. vj. qđ
credo verũ: licet nihil ĩ eos trãstu
lisse censeatur quod non retinue-
rit: etiã si nondum vsi sunt potesta
te concessa: quia per solã admissio
nem sunt effecti q̃si dñi potestatis
illius ar. c. j. de ꝓcuratorib⁹. li. vj.
ꝛ quia inuitus tenetur concedere
ergo nec volẽs ꝓ libitu poterit re
uocare. ꝓ hoc quod notaꝶ in. c. cũ
ex eo. suꝑ verbo septẽniũ. de elec.
lib. vj. Ad hoc facit qꝛ licẽtiã pre-
sentandi reuocare non potest ep̃s
qđ est isto min⁹. vt notaꝶ in. d. §. su
per verbo exigit. ergo minus licẽ-
tiã audiendi qđ est maius. Et idẽ
si potestas eorũ poneretur ep̃alis
delegata. qꝛ necessaria delegatio
eẽt ꝛ nõ volũtaria. vt ĩ d. §. si vero.
Et si dicatur. necessario ep̃s cãm
sanguinis cõmittit. ne cle. vl' mo.
c. fi. li. vj. ꝛ tñ ꝓ libitu reuocat. vt
in d. l. iudiciũ. Sz hec necessitas
est ex ꝑte cõmittẽtis: ista ꝟo ex ꝑ
te cõmissarij. ibi enĩ nõ tenetur sic
cõmittere vt cõmissarius hr̃e va-
leat sine cõmissione. secus hic. vt ĩ
d. ꝟ. si vero. Reuocari tamen pos-
sunt per generales ꝛ prouiciales
eoꝝ que est poti⁹ reuocatio exer-
citij ꝗ̃ ꝯmisse ptãtꝫ quã nõ habẽt
ab ipsis. statur etiã ei potius rõne
obediẽtie quã debẽt fratres suis
prelatis quã autoritatis. Et iõ si
placeat ꝓuĩciali vel eius succes-

Episcopus an reuocare valeat ffes sibi p̃sẽtatos ꝫm formã cle. duduz.

sori vel superiori eos restituere. vel si tēpus elapsum fuerit quo ꝓhibiti extiterūt. poterūt confessiones (vt pri⁹) audire nulla de nouo facta pñtatiōe. Sic in simili dicim⁹ de suspensis: immo de solēniter degradatis: no. Jo. an. in nouella. c. degradatio. in fi. de pe. lib. vj. Sicut si fratres mortui essent: ꝛ per miraculū suscitati. ar. notatoꝝ. in l. ex his. i fi. ff. de legi. i. l. fu⁹. ij. ff de ac. et obli. per glo. xxxij. q. vij. licite. Secus si p epm reuocati essent ex causa. qꝛ de nouo presentandi essent: nisi eps pñtatiōez eorū ꝓ resumpta hꝛet: qd pōt cū prius eos vidissꝫ. Cās aūt ex quib⁹ eps eos reuocare sicut ab iitio eis ex cā licentiā posset denegare: vide s̄. cōclusione. iij. ❡ Quid si pñtatus fiat eps: poterit ne ꝯfessiones audire sicut prius in dyocesi in q̄ fuerat pñtat⁹? Videt̃ ꝙ non. qꝛ p suū supiorez reuocari non posset. iuxta notat. xvj. q. j. de mōachis. liiij. dis. seruus. et qꝛ nō posset ibi sedere saluo more maioꝝ. ff. de iusti. et iur. l. pe. Contrariū dici pōt per. l. maior dignitas. C. d digni. li. xij. pſertim. cū ꝓpter honorē suꝯueniētē non debeat si indigeat ꝯgrua sustētatione puari quā forte ex auditiōe ꝯfessionū haberet. vt si titularis existat. iuxta cle. in plerisqꝫ. d elec. Nō obstat rō pma qꝛ sufficit si ex cā per epm q̄ eū ad misit valeat reuocari. Nec obstat rō scda: qꝛ illud in ꝯtētiosa iurisditiōe. sic no. in cle. Quis. de foro ꝯpet. circa pn. immo ꝓprios suos subditos absoluere posset. Idem et fortius econtra si pſentationis tpe fuit eps ꝛ postea cedat. sicut dicim⁹ de filio per dignitatē sui iuris effecto qui talis manet post depositā administratiōez. in auc. constitutio que de dignitatib⁹. §. fi. col. vj. Et qꝛ vt frater nō vt eps est admiss⁹. Idē si tēpore admissionis fuerit por cōuentualis predicatorū / vel custos minoꝝ / ꝛ mō non sit. ar. de offi. dele. qm̄ abbas. cū nota. i cle. ꝛ si pncipalis. de rescrip. in glo. ij. q. fi. Cauere tñ debent tales epi ne se putent in casibus epalibus ptātez hꝛe in subditos alienos ad quos casus se pſentatio nō extēdit. ❡ Septimo q̄ro an fratres pſētati ꝛ admissi p episcopū in aliqua diocesi possūt audire ꝛ absoluere exēptos vel aliorum epoꝝ subditos q̄ eius epi a q̄ habēt lniam. Et illa q̄stio pſupponit aliā: scꝫ an potestas fratrū deputatorū ꝓ audiendis confessionibus iuxta modū in cle. dudum. traditū: sit papalis vl' episcopalis. Et videtur pmo ꝙ sit episcopalis. quia eorū ptās videtur dependere a potestate episcopoꝝ a quibus tenētur petere humiliter: vt de licentia gratia et bñplacito eorum dem possint audire cōfessiōes eis ꝯfiteri volentium. vt in dicta cle. dudum §. statuim⁹. igitur est episcopalis. immo ipi vidētur cōmissarij epi ꝛ autoritatē ab eo recipiunt ꝓpter licētiā quā eis tribuit. quia oīa nostra facimus quib⁹ autoritatem ipartimur. de rescript. cū aliquibus. de pben. c. si apostolice. li. vj. § videtur ꝙ eoꝝ ptās sit epalis. sꝫ qꝛ epi nō habent ptātem in exēptos neqꝫ in alios nō subditos. igit̃ nec fratres hmōi. Nā epi non possunt fratribus concedere qd nō habēt. j. q. vij. daybertū. de iu. patro. ꝙ autē. Scdo ad idē arguitur sic. quia ptās fratrū est similis potestati curati. quia nō habent maiorē ptātem q̄ curati: nisi epi amplius eis tribuāt. vt in dicta cle. dudū. ꝟ. per hmōi autem. Tertio ad idem. episcopi possunt reseruare casus de quibus curati ante dictā cle. dudū. poterant absoluere. ꝛ talis reseruatio casuum preiudicat fratribus. vt patet in

Presentat⁹ si fiat eps an poterit vt pꝰus confessiōes audire i illa dyocesi in qua fuerat presentat⁹.

Ptās data frat rib⁹ p cle. dudum. an sit papalis vel episcopalis.

glo.in verbo concessa.quia per re seruationẽ certorꝫ casuum potest dictũ priuilegiũ fratribus cõcessum accurtari per epos.igiᷓ potestas eorꝫ solũ videbaᷓ epalis.In ꝯriũ ꝙ sit papalis.qꝛ illa ptãs cõcediᷓ a papa.per dic.cle.ꝑ consequens autoritatẽ papalẽ potiꝰ sapere videᷓ ꝙ̃ epalẽ.qꝛ ex quo papa in dic.cle. autoritatẽ suam impartiᷓ illis fratribus vt confessiones audiant. et alia de quibꝰ ibidem dicitur faciant.per cõseqns illa autoritate pape fieri videnᷓ: ex dicta rõne. qꝛ oĩa nostra facta facimꝰ ⁊c̃. Ad hoc de trãsac.c.j. de elec.c.significasti. de offi.ord. irrefragabili.in fi.de heᷓ.c.ne ali qui.in fi.li.vj. Si igitur eorꝫ ptãs cẽseri debet papalis.igiᷓ complectiᷓ etiã exẽptos.Solᷓ.ꝼm Guill. in dic. cle. Isti fratres ꝓprie non sunt ordinarij/ nec delegati respectu eis ꝯfitentiũ. nec obligaᷓ aliquis cõfiteri eis.sed volentes eis ꝯfiteri audire pñt.i ꝟbo si ꝟo idẽ. eorꝫ tñ ptãs potiꝰest papalᷓ:ꝙ̃ episcopalᷓ. ex q̃ ꝯstitutio illiꝰ cle. dudũ. est q̃dã gratiosa et spãlis ꝓuisio pape in fauorẽ aiarũ inducta. Vñ sicut ꝓuisio papalᷓ pniarie cũ ctis tã exẽptis ꝙ̃ nõ exẽptis clericis vel laicis ꝓuidet. sic etiã dicta cõstitutio cũctꝫ videᷓ ꝓuidere.Ex quo sequiᷓ solutio pricipalis q̃stionis ꝙ fratres p̃dicti pñt audire ꝯfessiones exẽptorꝫ siue regulares/siue seclãres.et etiã aliorum qui etiã non subsunt epis qui eos ad audiendũ cõfessiones admiserunt.nec sunt de ciuitate vel dyocesi in qua deputati sunt. Ex q̃ sequiᷓ ꝼm hãc opinionẽ ꝙ etiã studẽtes aliene dyocesis seclãres siue reglãres: siue sint exẽpti siue non:possunt cõfiteri illis fratribꝰ Et in illo ꝼm hãc opinionem latior est potestas eorum ꝙ̃ curatorꝫ. Et in alio: qꝛ curati solum hoies

Religiosi pñtati potiꝰ papalẽ ꝙ̃ epalẽ dicunᷓ hr̃e potestatẽ.

sue parrochie absoluũt:sed isti homines totius dioceᷓ in qua deputantur.Et hoc tenendo respondetur ad contraria.Ad p̃mum dicit Guilᷓ.ꝙ istud de petenda licentia ab epis ꝑ ipos fratres fit ad quãdam reuerentiã ⁊ compensationẽ subiectiõis ⁊ in memoriã naturalis vĩculi quod est inter epm ⁊ eiꝰ subditos.⁊ hoc ꝓpᷓ vestigia ⁊ reliq̃as subiectiõis qua subditi subsũt suo epo naturaliter hoc est de iure cõi.que subiectio quo ad alia adhuc remanet. Silᷓe est i liberto cui decedenti patronus succedit ꝓpter vestigia seruitutis.insti.de successi.lib.§.sed nr̃a.p̃lati eni con cedendo licẽtiã frĩbus de qua supra:faciũt de necessitate virtutẽ. quia si denegant licentiã illa cle. dudũ.nihilominus eis illã ptãtẽꝫ concedit.⁊ sic prelati p̃bent nudũ ministeriũ in cõcedendo licentiã hmõi: sicut minister in baptizãdo j.q.j.sicut. Ad aliđ cũ dicebatur: ꝙ ptãs fratrũ videᷓ dependere a volũtate p̃latorũ licentiã p̃dictaꝫ concedentiũ:dicit Guilᷓ.ꝙ hoc ꝓcedit respectu vberioris potestatꝫ in ipsos fratres transferẽdi in casibus reseruatꝫ. ita vt ipi fratres deputati possint absoluere in casibus episcopalibus:sed respectu potestatis audiendi confessiones volentium eis confiteri depẽdet a dicta cle. Ad aliud cũ dicebaᷓ epi possũt sibi reꝼuare casus de q̃ bꝰ curati añ ꝓmulgationẽ dicte cle.poterãt absoluere. et hmõi reseruatio p̃iudicat fratribꝰ ⁊c̃.respõdet ꝙ potestas illorꝫ fratrũ potest limitari ꝑ p̃latos q̃ p̃dictã licẽtiã cõcedunt reseruãdo sibi aliquos casus antea non reseruatos quo ad subditos p̃latorum tm̃:nõ quo ad alios:quia iporũ fratrum ptãs nõ terminaᷓ in subditis eporum tm̃:sed ipsi q̃scũq; cõfiteri volentes audire possũt ꝓut iã dictũ

Patronus succedit liberto.

est. Paulus ĩo in. d. cle. §. statuimus. tenet ꝙ fratres predicti audire possunt cõfessiones illoꝝ tñ qui subsunt epis a quibus ipi fratres habẽt licẽtiã: sed alioꝝ illis ꝑlatꝫ seu epis nõ subditoꝝ confessiones audire nõ possũt etiã si sint in loco. s. epoꝝ qui dãt pdictꝫ fratribus licentiã. Et hoc tenet ipse ꝑ textũ ibi: cõfessiones subditorũ suoꝝ sibi cõfiteri volẽtiũ. Ex quo ergo tex. dicit. subditoꝝ suoꝝ scꝫ epoꝝ qui predictꝫ fratribus dant licẽtiam infert ipse Paulus. igit nõ possunt audire subditos alioꝝ. Et sic nec possunt audire studentes aliene dyocef: nisi illos q̃ habent licẽtiã studẽdi. Huiꝰ em̃ intelliguntur habere licẽtiã ad omnia sine quibus illud non potest fieri vel sine quibus studiũ suũ cõmode explere nõ possunt. Ad hoc facit. c. preterea. de offi. dele. vel nisi studẽtes haberẽt licẽtiã a supioribus citra papã aut a penitẽtiario pape vt possint sibi eligere cõfessorẽ: tales poterũt istis fratribus cõfiteri. Alias aũt tales fratres nõ possunt absoluere potissime exẽptos vel alioꝝ epoꝛũ subditos ẽm opinionẽ Pau. Sed si studentes sunt ꝑlati etiaꝫ inferiores epis exẽpti tunc tales habẽt a iure licẽtiã eligendi sibi cõfessorem quẽ volũt. per. c. vlti. infra eo. tit. Sꝫ q̃d si tales studẽtes siue scholares nõ sunt curati: ad studiuꝫ a suis epis licẽtiati. Circa hoc multi volunt esse scrupulosi: tñ ex generalibꝰ studioꝝ priuilegijs scholares in studijs existentes a ꝑtibꝰ se absentiãt de licẽtia pape qui ẽ oim̃ ꝓpriꝰ sacerdos. vt dictũ est. que sola licẽtia sufficit in studentibus et scholaribꝰ nõ curatis. licet in curatis vltra hanc licentiaꝫ generalẽ etiã licentia epi requirat. de ꝑuile. cũ de diuersis. lib. vj. Et hec vera nedum si ad minimũ tempus conducunt domos: sed etiã si minimo tpe in studio sint mãsuri: dũmodo tñ cã studij sint ibidẽ. Dico tñ ꝙ eps loci studij non põt nedum a sentẽtia hois sed nec a sñia canonis absoluere studentẽ forensem quã icurrit rõne delicti facti in ꝑtibꝰ. licet a pctõ eũ absoluere possit: excõicatiõe tñ priꝰ sublata. notat Card. de. tẽpo. or. eos. li. vj. Qd approbat Guil. de mon. lau. in dicta cle. dudũ. §. statuimꝰ. et ẽ tutiꝰ ẽm Ioan. rvoyck hic. Sꝫ adhuc circa ꝯfessionẽ religiosorũ est dubiũ an fratres predicti possint audire confessiones religiosorũ q̃ ẽm statuta sui ordinis debent confiteri suo prelato. Solutio ad hoc dicendũ ẽm glo. in dic. cle. que incipit: forte. ꝛ tenet ꝙ nõ: qꝛ ex quo illis religiosis statuta religiosorum suaruꝫ prohibent ne confiteantur alijs q̃ suis prelatis. per cõseq̃ns nõ habꝫ locum in eis constitutio. d. cle. ratio. quia nõ habent nolle vel velle. de elec. si religiosus. lib. vj. etiam in eligẽdo confessorem. Ad hoc. xvj. q. j. c. j. de statu regula. cle. ne in agro. §. sane. nõ possũt ergo dici volẽtes qui velle vel nolle non habent. ꝛ sic etiã in eis locũ non habet tex. cle. dudum. in verbo volẽtium sibi confiteri. Et hoc forte posset dici veruꝫ de talibus statutis que essent condita autoritate pape vel epi loci. quia al's nõ videtur ꝙ religiosus ꝑlatus concessionem iuris posset restringere ꝓpria autoritate. quia iferior nõ põt claudere manũ superioris. facit. c. inferior. xxj. di. Ad hoc vide no. in. c. q̃ resistit. xj. q. iij. ¶ Octauo quero an prouiciales predicatorum vel ministri minorũ seipsos valeant pñtare. nõ puto: ꝑ text. §. statuimꝰ. qꝛ seipos eligere vel approbare nõ pñt. qd exigit cle. i verbo ac deide. de institu. 1õi. c. si. cũ cõcordan. de elec. cum in iure. nõ

Studẽtes habẽtes licẽtiam studẽdi intelliguntur licentiati quo ad oĩa sine q̃bꝰ studiũ cõmode expleri nõ põt.

Religiosi q̃bꝰ debent ꝯfiteri.

ergo audient nisi priusq̄ʒ ad prela
turas ꝓmoti fuerint pn̄tati fuis=
sent.vt.s̄.dixi.Nūquid dictus.§.
statuim⁹. tollit omnia statuta ꝑm
ꝙ in q̇busdā diocesib⁹ erāt facta
ꝙ sub certa pena null⁹ dictis fra=
trib⁹ cōfitereꝑ:vel an stet adhuc
Et videꝑ ꝙ sic ꝑ.c.j.de cōsti.li.vj
Tu dic contrariū ꝑ notata ibidē.
qꝛ tale statutū ius cōe cōtinebit.
et licet pena non esset de iure cō=
muni:tolliꝑ tñ principali sublato.
C.de vsuꝑ.l.eos.Sed diceres/an
suspectos ꝙ nō sint pn̄tati valeat
ep̄us arcere ꝙ de p̄sentatione sua
fidē faciāt.Videꝑ ꝙ nō.per.l.co=
gi.C.de peti.here.ij.q.v.§.j.ꝛ qꝛ
sunt exēpti.Cōtrariū puto.ar.c.
ordinarij.de offi.ordi.li.vj.c.ꝑso=
nas.de appel.ꝛ de ꝓcura.ex insi=
nuatione.vertiꝑ eni ꝑiculū aīarū
ep̄o cōmissarū.vnde ꝛ videꝑ ꝙ ra
tione cuiusdā q̄si cure quam obti
nent subsint ep̄o q̇ ad illud.ar.no=
tatorū per glo.ꝛ doc.de statu mo
na.qđ dei.đ cele.mis.clem̄.fi. Sʒ
meli⁹ dicas ꝙ coercebit eos ꝑ in=
directū coercēdo subditos ne ip=
sos accedant: etiā per cēsurā.de
vsur.post miserabilē. de deci.de
terris.imo hec digne poterit esse
vna causa vt ep̄s reuocet oēm po=
testatē si quā habēt nisi se doceāt
presentatos.et sic populū premu=
nire. Sed quomodo ꝓbabunt.an
lr̄is ep̄i ꝓbare debēt.ꝙ sic videꝑ
C.de māda.prin.l.vna.xxvij.di.
nobilissim⁹. cū notatis. Sed dic
ꝙ sufficit ꝙ tā licētiā pn̄tādi ꝯces
sam q̄ nihilomin⁹ p̄sumiꝑ ex pre=
sentatione q̄ʒ ip̄am presentationē
probēt qualitercūqʒ.ij.q.j.nos in
quēq̄ʒ.Vel ꝑ diuturnū vsum non
clādestinū cū iuramento vel alia
ꝓbatione semiplena. Sufficit au
tē presentationē ꝓbare licet non
ꝓbeꝑ admissio vel repulsa nisi in
cōtrariū allegeꝑ/ et ꝓbetur repul
sa iusta de cā.ꝑ tex.d.§.statuim⁹.

Fres q̄=
modo ꝓ
babunt
se pn̄ta=
tos?

¶ Sed pone. Prelatus eorū ob=
tinuit licentiam duodecim p̄sen=
tandi:quos sibi pn̄tatos ep̄s oēs
repulit sine causa.nunq̇d prelat⁹
electos per eū valeat variare nu=
mero tñ semꝑ eodē manēte.vide=
tur ꝙ sic.per.l.ꝓponebaꝑ.ff.de iu
dic.Sed cōtrariū verū est:qꝛ hij
soli p̄sentati reiecti ꝛ non alij reci
piūt a canone potestatē. Vñ nec
in locū mortuorū vel īpeditoꝝ/ vꝉ
sibi nō placētiū alios poterit sub=
rogare sine noua pn̄tatione.ꝑ di=
ctum.§.statuim⁹.in.℣.si vero.mul
to min⁹ poterit mutare admissos.
cū oēs tā isti q̄ʒ illi sub certa for=
ma/ꝛ nō sine illa recipiūt potesta
tem.ar.ff.ad exhibendū.l.iij.§.ibi
dē. Sed adhuc circa cōclusionē
tertiā supra positā dubitaꝑ. Duo
req̇rit cle.vt p̄lati petant licentiā
pn̄tandi:et postea eligāt ꝛ presen
tent.Nūquid ep̄s cōcessa licētia
presentādi poterit habere ꝓ pre=
sentatis quos electur⁹ est vel ele
gerit p̄latus eoꝝ.ꝙ nō possit vide
tur.ar.bonum.in.c.is cui.de offi.
dele.lib.vj.Ratio.qꝛ presentatio
fit vt ep̄s visis ꝑsonis electis ꝛ ea
rū morib⁹ ꝛ etate:causam habeat
admissionis vel repulsionis earū
in quo voluit clem̄.ep̄oꝝ.subditis
ꝓuidere. Item incerta ꝑsona nō
pōt approbari vel admitti.de re=
scrip.ad hoc.de arbitr.innotuit.
Item qꝛ due copule req̇rūtur:er
go nō sufficit alterū.insti.de here
di.insti.§.penul.no.de rescrip.c.ij
Ad hoc facit qđ no.Jo.an.in.d.§.
statuim⁹.sup.℣.presentari.ꝑ quā
notaʒ etiā patet ꝙ nec in lr̄is/nec
per nūciū poterūt pn̄tari.Et hec
pars esset tutior:vt dixi circa di=
ctam cōclusionē.Sed male serua
tur tā ꝑ fratrū prelatos q̇ petita
licētia eligunt nec p̄sentant:et sic
electos presentatos appellant et
male:q̄ʒ per ep̄os q̇ hūc morbum
sciētes cōcessa licētia nō iubent

Ep̄s da
ta lnīa
p̄sentan
di:an
possit ꝓ
sentan=
dos hr̄e
ꝓ p̄sen=
tatis.

electos sibi ꝑsonaliter presentari. Satꝫ tamē puto ꝙ rōnabili ᵭ cā possit ep̄os electos vel eligendos ꝓ p̄sentatis habere si fidem adhi= beat p̄lato ꝙ non elegerit vel eli= gat inutiles vł indignos. lxxiiij. di. valde. vt si dyocesis essꝫ magna ⁊ electi vel eligēdi ep̄m accederent difficulter. Idē si eos nosceret. qꝛ nec notus examinat̄. xlviij. dis. de petro. cū notatꝫ. xxiij. di. q̄ epi scop⁹. et not⁹ sine probatione reci pitur. de regul. ad ap̄licā. Inui= to tamē ep̄o nō possunt ꝓ p̄sentatꝫ haberi. etiā si subsit aliqua ex iu= stis causis. licet ipso inuito qn̄qꝫ habeant̄ ꝓ admissis. vt in. ᵭ. §. sta tuimus. in. ꝟ. si vero. Censet̄ autē inuitus nisi ꝓbetur voluntarius. ff. de ꝟuitu. vrb. predi. l. inuitū. ff. de procur̄. l. fili⁹. §. inuitus. Et iō caueant p̄lati eoꝝ de morbo qn̄qꝫ ꝯsueto ne sola cōtenti sint licētia p̄sentandi. sed etiā electos faciāt ꝑsonaliter presentari. Ecōtra au= tē sufficit sola p̄sentatio electoꝝ ꝑ eos facta q̄ petere habēt licētiā p̄ntandi. licet ipam non petierint dūmodo p̄ntati per ep̄m admittā tur. vt sic duo extrema. s. licentia et p̄sentio concurrāt in pūcto ad= missionis: Sicut in simili concur= runt simul citatio et p̄sentie exhi= bitio in eo qui se sine citatiōe pre= sētat. no. Archi. xcj. di. ꝓposuisti. et qꝛ admissio ꝟtualiter licentiā ipsam includit. et p̄ntando prela= tus eorū facto licentiā ipsam pe= tit. qꝛ illud facit ad qᵭ erat licen= tiam petiturus: quod magꝫ est q̄ꝫ ꝟbo. de appella. dilecti. ij. ¶ No= no q̄ro. Ep̄us reseruat sibi aliquē casum: poterunt ne mendicantes in isto absoluere sicut prius? Ui= detur ꝙ sic. qꝛ exēpti sunt. Cōtra= rium tenēt doc. in glo. ca. dudū. Et est veruꝫ maxime si iurisditio et potestas eoꝝ est ep̄alis. Et idē si ponunt̄ nudi ministri. qꝛ al's re= seruatio modici esset effectus et ꝯclusa essꝫ ep̄is in effectu reseruā di p̄tās cum in casibus illis ꝓ po= pulo soli sufficerent mendicātes. Itē maior esset eorꝫ potestas q̄ꝫ curatoꝝ cōtra dicta. Itē licꝫ fra= tres sint exempti nō tamē prochi ani quo ad omnia. de p̄ui. ex ore. eo. tit. ꝑ exēptionē. Itē si ep̄i p̄nt restringē potestatē ordinariā sub ditorū: fortius extraordinariā q̄ minus est fauorabilis. vt. s̄. dixi. Idem dico si consuetudo casum aliquē faceret ep̄alem: qꝛ locū re= spicit/⁊ ius facit. C. q̄ sit longeua cōsuetudo. l. ij. Unde ⁊ ꝯsuetudo patrie ligat fiscū ⁊ dn̄m terre qui exempt⁹ est. vt no. insti. de iur. na tu. gen. ⁊ ciui. §. ex nō scripto. for= tius ergo alios exēptos: et qꝛ vt dictū est parrochiani nō sunt ex= empti. Hec autē reseruatio debꝫ fieri iusta de causa/⁊ sine fraude: qꝛ nec curatis/nec fratribus ius eoꝝ minui debet. in. c. indultū. de reg. iur. li. vj. Et si ep̄s oēs casus vel excellēter multos reseruaret: p̄sumeret̄ de fraude: maxīe si tūc in casib⁹ illis solis secularibus cō mitteret vices suas. Ecōtra autē si ep̄s in aliquib⁹ casib⁹ sibi reser= uatis a iure etiā om̄ibus curatis cōcederet p̄tātem: nō ꝓpter hoc fratres possent absoluere in eisdē vt dixi. s̄. in ꝓpositione cōclusio= nis q̄rte: qꝛ in hijs curati auctori= tate ep̄i/nō ꝓpria fungerent̄: nec ipsi/sed ep̄s absoluere censet̄: cui nō parificat eos clemētina. Hoc ꝓbat̄ ꝑ dictā cle. in. §. statuim⁹. ī fi. qꝛ ista p̄tās nō a iure: sed ab ho mine esset cōcessa curatis. ꝙ non extēderet se ad fratres. Et hoc in dubitatū est si cuilibet eorū hanc p̄tātē singulariter cōcederet/⁊ se orsum. Idem si om̄ib⁹ ⁊ vniuersis nedū fratres expresse excludēdo sed etiā tacite pretereūdo. ar. ff. de pactꝫ. l. in traditionib⁹. C. mā=

Mendicantes non absoluunt a casib⁹ ꝑ ep̄m reseruatis.

Fisc⁹ ⁊ dn̄s patrie ligat̄ ipsius p̄rie consuetudine.

dati.l. in re mādata. nec cōqueri
possent fratres cū de iure ipoꝝ ni
hil diminuere nec augere tenet.
Item hoc indubitatū est si ad cer
tuz tps cōcederet. Idē si sine pre-
finitione tpis. qꝛ psonal' cōcessio
foret nec successorez astringeret.
de trāsac. c. veniens. et ideo ipis
nō cēseret ꝯpetere iure suo. Ex q̊
sequit ꝙ p obliquū ppetuo vel ad
lōgū tēpus possent his casibꝰ fru
strari. puta si mlti epi post inuicē
sic facerēt quibꝰ de directo non
possent. Secꝰ em̄ forsitan si ex sta
tuto/ꝯsuetudine/vel prescriptiōe
plebani in aliq̊ p̄dictoꝝ casuū po-
testatē haberēt. tūc em̄ fratres in
hijs casibus absoluere possent vt
plebani. qꝛ hoc appellatione iurꝫ
cōtinet. vt in .d.§. porro. et qꝛ tūc
plebanis cōpeteret iure ꝓprio ꝗ
et fratribꝰ cōpetit. Nec obstat ꝙ
statuta et p̄scriptiōes stricti iurꝫ
sunt vt sic ad alias psonas nō extē
dant. qꝛ nihil acquirit curatꝫ sed
cure quā in hac pte vel saltē cuiꝰ
priuilegiū fratres habēt. Nec ob
stat ꝙ dictio a iure analoga est: vt
ꝓ se posita sumatur ꝓ significato
suo famosiori vz ꝓ iure cōi. insti.
de iure natu. gen̄. ⁊ ciui. §. sed quo
tiens. cū notatis. s̄. e. significauit
in prima glo. quia diuersis respe-
ctibus diuersa eiꝰ significata sūt
famosiora. vt patet ex notatis do-
ctoꝝ de multiplici acceptiōe hu-
ius termini ius in ꝓhemio decre-
taliū per vvil'. in ꝓhemio cle. Ex
quibꝰ seq̄tur ꝙ nec eps posset i ta
li statuto nec curati possent p̄scri-
bendo excludere mēdicātes: ꝗꝙ
soli hoc iure vsi fuissent. cum hoc
ipo quod curatis cōpetit iure suo
constitutio extēdat se ad fratres
vt ibi. quam extēsionem episcopꝰ
⁊ curati tanꝙ inferiores impedi-
re nō possent quodammodo se na-
turaliter dilatanti: nisi forte cum
fratres vti vellēt prohibiti cessas-

Ius si-
pliciter
prolatū
pro iure
commu
ni acci-
pitur.

sent. ff. de seruitu. vr. p̄. l. hec via.
Et quod supra dixi de statuto: cō
suetudine: vel prescriptiōe: idem
satis credo de puilegio per sedez
apostolicaz curatis dato. vel per
epm cū consensu capituli. Idem
de concessione epi sine p̄finitione
tēporis facta per sedem apostoli-
cam ex certa scia ꝯfirmata q̄ oia
iuris appellatiōe cōtinent. vnde
contingunt etiam mendicantes.
¶ Venio mō ad tertiā et vltimā
ptē capituli vbi hec ē lr̄a. Sacer
dos aūt sit discretus ⁊ cautus vt
more periti medici superinfūdat
vinū ⁊ oleū vulneribus sauciati:
diligēter inq̄rens ⁊ pctōꝝ circun
stātias ⁊ peccati. q̊bus prudēter
intelligat quale debet ei consiliū
p̄bere ⁊ cuiusmodi remediū adhi
bere: diuers expimētis vtēdo ad
sanādū egrodū. Caueat aūt omni
no ne vbo aut signo aut q̊uis mo-
do alio ꝓdat aliquatenꝰ peccato
rem. Sed si prudetiori ꝯsilio indi-
guerit: illud absq; vlla exp̄ssiōe p
sone caute requirat qm̄ qui pctm̄
in penitētiali iudicio sibi detectū
p̄sumpserit reuelare: non solū a sa
cerdotali officio deponēdum de-
cernimꝰ: verūetiā ad agendā per
petuā penitētiā in arctū monaste
rium detrudenduz. ¶ Ad euidē-
tiam et intellectum huius littere
quero primo q̄lis debet esse cōfes
sor. Ad hoc dico ꝙ sacerdos cui
peccator ꝯfiteri debet: habere de
bet maxime tres qualitates. vide
licet iusticiā/scientiā/ ⁊ discretio
nem. Prima qualitas ꝯfessorꝫ dr
iusticia. Ad hoc em̄ ꝙ penitēs in-
ueniat grām in cōspectu dei debz
querere cōfessorem iustū et bonū
virtuosum et cōsciētie securū. qꝛ
ꝗuis sacerdos existēs in peccato
mortali dummodo non sit suspen-
sus notorie possit conferre sacra-
menta. Cuius ratio est. quia imū
dicia sacerdotum non polluit sa-

Confes-
sor sit iu
stus sci-
ens et
discretꝰ

cramēta.j.q.j.in.c. dictū est. in.c. dñs.vbi dr. Dñs declarauit ī vno cetu hoīm eadē sacramēta sumē tiū nō obesse mundis aliquoꝝ im mundiciā. Attamē necesse est ad hoc vt penitens a cōfessione rece dat bene purgatus mūdatus ꝛ in structus: ꝙ inueniat confessorem ꝯscia ꝑditū:vita ꝓbatū: sāctitate ornatū. Qđ ꝓbo triplr̄.rōne: au toritate:ꝛ exēplo. Primo sic. Ille debet esse bone deuote ꝛ honeste vite cuius ministerio iustificātur impij:reconciliantur rei:purgan tur īfirmi ceci atq; leprosi: atq; re suscitantur mortui. Sed tales sūt sacerdotes curati.ꝰ debent eē bo ne ꝛ honeste vite. Vñ Aug.super ps̄.xxvj. s̄mone ait. Talē oportet esse dñi sacerdotē vt qđ ppl's pro se apud deū nō valet ipse ꝑ nobis mereatur quod poposcerit impe trare.quia scriptū est. Si pecca uerit populus orabit pro eo sacer dos. Si aūt sacerdos peccauerit quis orabit pro eo.quasi di.nemo. Preterea ille deb; esse bone ꝛ ho neste vite qui vicē gerit christi in terris:ꝗ arbiter est ꝛ medius exi stat inter peccatorē ꝛ deū. S; ta lis est sacerdos ꝗ quicqđ ī foro pe nitētie ꝓnūciat claue nō errante: deus ipe in cōsistorio celesti auto ritate sua confirmat. dicente dño Matth.xvj. Quodcūq; ligauer;. ꝛc̄.ergo debet esse bone ꝛ honeste vite. Item sacerdos in confessiōe d; aīas instruere: docere: argue re:ꝛ a pctō reuocare. Sed malus ꝛ pctis inuolutus qūo ista facere poterit. Iuxta illud Eccle.xiiij. Qui sibi nequā est cui alij bonus erit. ꝰ anima sua medicū curans de aliena mlto minꝰ curabit. Ex ꝗ fiet ꝙ male dispositus accedēs ad confessionē: mlto minus bene dispositus a confessione recedet. Ampliꝰ. qūo audebit aliū argue re de crimine de quo ipe cōscius

Curati boni ꝗ dammō miracu la faciūt.

est:cū dicat Hiero.in trāsitu suo. Qūo ꝑdicabit auarꝰ de pauper tate.luxuriosus de castitate.inui dus de charitate.q̄si di.nō est pos sibile.ꝛ impenitēs quōmodo eius obtēpabit imperio quem scit dei mandatis nō obtēperare.Nā La ctant.in.iij.diui.insti.aduer. gen. ait. Qui docēt tm̄ ꝛ nō faciūt ipsi ꝑceptis suis detrahunt pondus. Quis eni obtēperet cū ipi prece ptores doceāt nō obtēperare.De bet ergo confessor eē bone vite.q2 s̄m Lactā.in.iiij.ꝑdicti hoīes ma lunt exēpla ꝙ̄ v̄ba. q2 loq̄ facile ē oībus.ꝑstare v̄o difficile. Secun do hoc idē ꝓbatur autoritate. Di citur eni de cōfessoribꝰ.j. Petri. iiij.Sicut boni dispēsatores mul tiformis gr̄e dei.Et.j.Cori.iiij.in persona cōfessoꝝ ꝛ sacerdotū ait. Sic nos existimet hō vt ministros xp̄i ꝛ dispēsatores ministeriorum dei.Et Aug.in li.de pe. Et habe tur in.c.ꝗ vult.de pe.dist.vj. Sa cerdos itaq; cui omnis offerṫ pec cator: āte quē statuiṫ oīs lāguor: in nullo eorum sit iudicādus que in alio iudicare est promptus.iu dicās enim alium qui est iudican dus seipm̄ cōdēnat.Cognoscat er go se ꝛ purget in se quod alios sibi videt offerre. In hoc patētissimū est crimen sacerdotum ꝛ vltra mo dum detestabile: qui non prius se iudicant et alios ligant.Et in lib. l.omel'. Homel'.xvj.idē ait. Si sa cerdotibus grande periculum est aliena peccata non arguere:quā to periculosior erit ꝓpria noluisse corrigere. atq; ea non solum non emendasse:verūetiā defendisse et defendēdo cumulasse. Et ideo il lic erit inextinguibilis concrema tio quicquid hic medicabilis sa tisfactio: quicquid hic salutifera dissimulauerat sanare conuersio. Et in libro scđo. contra Petilia nū. Vt sit vnusquisq; verus sacer

Predi cator vix rele uabit audien tes a peccat; quibus ipe con tamina tus est.

dos:oportet vt non ſolo ſacramẽ
to/ſed iuſticia quacũq; induat. ſi
cut ſcriptum eſt. Sacerdotes tui
induant iuſticia ⁊c̃. Nec ſolũ de=
bet eſſe ſanctꝰ cõfeſſor: ſed in ſan=
ctitate ſolidus et firmatꝰ. ꝓpter
ea que audit in cõfeſſione. Ideo
Bern̄. ſup Can̄.ſer.xviij. ait. Tu
frater cui firma charitas nondu;
eſt: ſ; adeo tenera et arũdinea vt
om̄i cedat flatui:qua frõte aliena
vulnera curare aut ãbis aut acq̇=
eſcis? Noli eſſe nimis iuſtus. ſuf=
ficit tibi ſi diligis proximũ ſicut te
ipſum.nõ em̄ ſalutẽ ꝓximi debes
q̄rere in ſalut; ꝓprie detrimẽtũ.

Sacra=
mẽta an
ſint reci
pienda
ab eo q̇
eſt i mor
tali pec
cato?

Propterea ab illo qui eſt in pec=
cato mortali recipe ſac̃mẽta q̇ſq;
nõ debet neq; ad eoꝝ miniſtratio
nem inducere: niſi quãdo neceſſi=
tas aut p̄latꝰ vrgeret.eo ꝙ alr̃ ſa=
cerdos haberi nõ poſſit. Cuiꝰ rõ
eſt. q2 ſm̃ Duran.et ſanc. Tho.in
iiij.di.xxiiij. Quicũq; in mortali
crĩe executionẽ alicuiꝰ ordis opa
tur:mortaliter peccat.Et ex cõſe
quẽti qui ad hoc eũ inducit: ſimi=
liter in eodẽ crĩe cadit.aplõ teſtã
te qui ad Ro.j.ait.Nõ ſolũ qui fa
ciũt ea ſed etiã ꝯſentiũt faciẽtibꝰ
digni ſũt morte.lxxxvj.di. faciẽt;
ij.q.j.notũ.d̃ offi.dele.c.j. Tertio
hoc idẽ ꝓbatur exẽplo dñi Ioh.
viij.de pnĩa di.vj.c.q̇ vult.Nã dũ
falſi pharifei ſummã ſapientiam
ſuis inſidijs cape cupiẽtes mulie
rem adulterã adduxiſſẽt ad eum
dixit eis.Qui ſine peccato eſt ve
ſtrum primus in eam lapide; mit
tat . Et quia om̄es cognouerũt ſe
ipſos in peccato eſſe: nullus eam
lapidare preſumpſit. Ex quo dat̃
intelligi ꝙ q̇ vult alios corrigere
⁊ eis pniam iniũgere: p̄us ab om̄i
peccato mortali ſe debet munda=
re.Talẽ igitur tibi elige ſacerdo=
tem vt poſſis a confeſſione bñ mũ
datus recedere.Caueant tñ q̇ cõ=
fiteri volunt ne fiant confeſſorum
iudices curioſi.ſ; eis tm̄ ſufficiat
non conſpicere malã vitã; exp̄ſſe.
Secunda conditio confeſſoris dr̃
ſciẽtia. Debet eni cõfeſſor eẽ ſuffi
cienter ſciẽtificus ⁊ doctꝰ. vt ha=
betur i iſto.§.⁊ glo.ſup v̄bo ſacer=
doti.⁊ in glo.ſup verbo ꝓuidũ. ne
ꝓ dilatione.de pe.⁊ re.Qđ ꝓbat̃
etiã rõne:autoritate: et exemplo.

Confeſ=
ſor deb;
eſſe ſuf=
ficiẽter
doctus

Primo rõne ſic. Iudiciaria nãq;
ptãs hoc expoſtulat:vt q̇d iudica
re deb; agnoſcat. Cũ aũt cõfeſſor
ſit iudex ſpũal̃:cognoſcere debet
quod iudicat. Iõ Aug.in dic.c.q̇
vult.de pe.diſt.vj.ait. Caueat iu
dex ſpũalis vt ſicut nõ cõmiſit cri
men nequitie: ita non careat mũe
re ſcie.oportet eni vt ſciat cogno=
ſcere quod debeat iudicare. Iudi
ciaria em̄ ptãs hoc expoſtulat vt
q̇d d̃beat iudicare diſcernat. Vñ
glo.ſuper ver.ſciat:ait.ꝙ ignorãs
iudex eſſe dicitur niſi habeat peri
tiam ⁊ expimẽta cauſarũ.vt in au
tẽ.de iudi.i p̄n.coll̃.vj. Preterea
ad ſacerdotes pertinet inſtruere
ſubditos ſuos in lege. iuxta illud
Aggei.ij. Interroga ſacerdotem
legem.ſed nullꝰ artẽ aliquã doce=
re p̄ſumit niſi prius ip̄e didicerit.
vt in.c.cũ in magiſtrũ. de elect.l.
di.c.ordinatos.lxj.di.c.miſerum.
xvj.q.j.c.ſi clericatus. Difficilior
aũt ars nulla eſt animarum regi=
mine ⁊ conſcientiarũ examine. vt
in.c.cũ ſit.de eta.⁊ quali.or. Pa=
tet ergo ꝙ nullus ſacerdos debet
preſumere alios in cõfeſſione do=
cere niſi priꝰ didicerit.Vñ Gre.
lib.j.paſtoralis.c.j.ait.Nulla ars
doceri preſumitur niſi prius iter=
na meditatione diſcatur. ab im=
peritis ergo paſtorale magiſteri=
um qua temeritate ſuſcipitur: cũ
ſit ars artium regimen animarũ?
Secundo idem probatur autori=
tate.Nam.ij.Parali.xix.in figu=
ra ſacerdotibus confeſſoribus di
citur.Videte quid faciat;: nõ em̄

hoīs exercetis iudiciū sed dei. et quodcunqꝫ iudicaueritis in vos redūdabit: sit timoꝛ dn̄i vobiscū/ et cūcta cum diligētia facite. Et Leuitici. x. dixit dn̄s ad Aaron. Preceptū est sempiternū in generationes vestras. et vt habeatis sciētiā discernēdi inter scꝫm̄ et ꝓphanū: inter pollutū et mūdū: do cēteſqꝫ oēs filios iſrael legitima mea. Item Math. ix. dixit xp̄us discipulis suis: ⁊ cōsequēter oībꝰ sacerdotibꝰ. Uos estis sal terre: ꝙ si sal euanuerit i quo salietur? Propterea August. in dicto. c. q̄ vult: ait. Qui vult confiteri pctā sua vt inueniat gratiā querat sacerdotē scientē ligare ⁊ soluere: ne cum negligens circa se extiterit: negligat̄ a deo qui eū misericoꝛditer monet et petit ne ambo in foueā cadāt. vt patet Matth. xv. Lucē. vj. ⁊. xxxviij. di. ꝙ ip̄is. de renūcia. c. post trāslationē. et in dicto. c. cū sic. ꝺ eta. ⁊ quali. oꝛ. Cōfessoꝛ eni̇ ꝑm Duran. quotiēs se ingerit ad cōfessiones audiendiēdas: totiēs offert se ad respondendū de pctīs moꝛtalibꝰ ⁊ pꝛeceptis. de cōtractibꝰ ⁊ vsurꝫ. de restitutionibꝰ ⁊c̄. debet itaqꝫ habere scientiā saltē cōpetentē. vocat̄ aūt competēs q̄ necessaria est ad executionem cuiuscūqꝫ oꝛdinis. Uñ inquātū sacerdos deputatꝰ est ad celebꝛādū diuinū officiū: tenetur tm̄ scire de grāmatica ꝙ sciat ꝟba ꝓferre/ et intelligat saltem lr̄aliter ea q̄ legit. Inquantū ꝟo est minister sacramētoꝝ tenet̄ scire q̄ sit debita materia vel foꝛma cuiuslibet sacramēti: ⁊ modū recte dispēsandi singula. Inq̄ꝫtū ꝟo doctoꝛ est tenet̄ scire fidei rudimēta. Inq̄ꝫtū ꝟo iudex est in foro cōscientie tenet̄ scire ⁊ discernere inter lepꝛā ⁊ lepꝛā: saltē in illis pctīs q̄ sunt oībꝰ notoꝛia: ⁊ penitētem ad salutem dirigere. In

Confessoꝛ dꝫ habere sciētiā cōpetētē/ et q̄ vocat̄ ꝯpetēs.

aliȷ̄s vero peccatꝫ de quibꝰ et sapientes dubitāt sciat dubitare ⁊ ꝯsiliū supioꝛuꝫ querere. Debet et scire que sunt moꝛtalia: q̄ capitalia saltē in ꝯmuni: et q̄ venialia in genere. et alia penitētia debꝫ imponi ꝓ illo: alia ꝓ alio. Debet etiam scire ad q̄ ptās sua se extēdit: al's in periculū aīe sue et cōfitentis audiret cōfessionē. Debet eni̇ scire casus ep̄ales reseruatos in quibus cōfitētes sunt ad ep̄m remittendi. q̄s notat Hostiē. in sum. de pe. et remis. §. iiij. ꝟ. cui confitens Notant̄ aliqui in. c. si ep̄s. de pe. ⁊ remis. lib. vj. Et latius eos notat Specl'atoꝛ in quarta pte circa fi. de pe. et remis. §. vj. ꝟ. p̄uata autē penitentia. Ego de his remitto dn̄os curatos ad statuta sinodalia dyocesis Patauiēsis. vbi etiā repient casꝰ papales reseruatos. Accipe tn̄ hanc doctrinaꝫ circa casus reseruatos ꝙ oīa crimia q̄ de consuetudine aut statuto synodali alicuiꝰ dyocesis ep̄o reseruātur: dicunt̄ casus reseruati. Et in oibus p̄dictꝫ casibꝰ cōfessoꝛ ꝯfitētem ad ep̄m remittat: nisi auctoꝛitatē in dictꝫ casibꝰ absoluendi habeat. Circa quod hanc regulā ꝯsideret. ꝙ si ep̄s alicui cōfessoꝛi vices suas cōmittat: aut ei auctoꝛitatem in casibus reseruatis indulgeat: talis cōfessoꝛ pōt iurisditionem suā exercere in oibus casibꝰ pꝛeterq̄ꝫ in sex. Primꝰ est vbi solēnis pnia est imponēda. Secūdus quia nō potest absoluere ab excōmunicatiōe nisi sibi specialiter cōmittat. Tertius vbicunqꝫ inuenit irregularitatē contractam: tunc enim debet illum ad ep̄m remittere vt dispēset cum eo si potest: vel saltē cum suis litteris illū remittat. Quartus in incēdiariȷ̄s ante publicationeꝫ. xxiij. q. vl. si quis. membꝛoꝝ. et. c. pessimā. Post denūciationem vero sunt dimitten-

Confessoꝛ q̄ dꝫ scire.

Ep̄s alicui cōmittēs vices suas pt oīa exercere pꝛeter sex.

di ad papā. vt in. c. conquesti. de sen. ex. Quintꝰ in casibꝰ quos de ꝯsuetudine sibi i autoritate data reseruat. Sextꝰ in omnibꝰ casibꝰ pape reseruatis. in talibꝰ cōfessor simplex nō remittat ꝓpria autoritate ꝯfitentē immediate ad papā sed pͥmū ad suū epm̄ qui de hoc cognoscet an ad papā mittendꝰ sit. Tenet et confessor scire canones penitentiales: alias vix in eo nomē pr̄sbiteri constabit. ſm Aug. c. q̄ ipsis. et. c. nulli. xxxviij. disti. Et debet scire canones penitētiales nō tantū propter hoc vt penitentias sciat iniungere: cum penitentie hodie sint arbitrarie. vt dictum est supra. Sed vt per hoc sciat culparum penitētias agnoscere. Hec Duran. Canones autē penitētiales colligūtur ꝑ Speculatorē in suo repꝰtorio aureo i memoriali sacerdotū §. sciēdū. v. debet. ad quē ego dn̄os curatos remitto. Tertio hoc idem ꝓbat exemplo. Sicut enim in lege veteri officiū sacerdotis erat iudicare de lepra carnali et nō lepra / et differētijs lepre: ita ꝙ vnusquisqꝫ leprosus vel mūdus iudicabat arbitrio sacerdotis. vt habet Leuiti. xiij. Sic sacerdos inquātū confessor est de lepra spūali. ergo ⁊c̄.

*Confessor tenetur scire canones penitētiales.*

¶ Aduerte tn̄ hoc ꝙ aliq̄ ponūt x4. q̄ quilibet idoneꝰ et discretus cōfessor scire debet. Primo sciat ꝟtutes ꝑcipue theologicas q̄ sūt habende. Secūdo p̄cepta q̄ sunt seruāda. Tertio pctā ꝑcipue mortalia: quorū duo / scꝫ gula et luxuria sūt carnalia. alia spūalia: que sunt vitāda. Quarto sacramenta que sunt suscipiēda. Quinto opa misericordie q̄ sunt exercēda. Sexto censuras ecclesie. de q̄bꝰ in. c. q̄renti. de ꝟbo. signi. q̄ sunt cauende. Septimo q̄ pctā / et qualiter sint cōfitenda. Octauo quis ordo in cōfessione ipsa pctā enumerandi. Nono q̄ forma absoluēdi. Decimo q̄s modus iniusta restituendi. Undecimo q̄s sit modus satisfactionē iniūgēdi. Duodecimo infirmos ex hoc mūdo transeuntes scire secure expedire. De quibꝰ ꝑ ordinē in tractatu q̄ d̄r lumen cōfessorū.

*Confessores ad hoc vt sint idonei duodecim scire debent.*

¶ Sed nota ꝙ tria sunt quasi de bn̄ esse ꝯfessoris: q̄ tāgit hic textꝰ nr̄. scꝫ Sciētia discernēdi inter pctā. Cauta inquisitio de pctis. Et discreta iniūctio satisfactionis. Aduertēdū tn̄ ſm Anto. archiepm̄ Florētinū ꝙ pōt quis dūmodo sit nimis iperitꝰ in tribꝰ casibꝰ audire ꝯfessionē. Primus est qn̄ periculū mortis iminet cōfitēti / nec aliū posset habere: tunc quilibet pōt et debet audire ꝓpt efficaciā sacramēti ne ea priuet. Secūdꝰ est qn̄ ꝯfitēs est sufficiēter peritꝰ ita ꝙ ipm̄ cōfessorē doceat. Tertiꝰ est qn̄ cōfitēs spūaliter viuit / et crebro cōfitet qui nō consueuit habere nisi pctā venialia. Qui vult ergo recte ꝯfiteri q̄rat sacerdotē habētē sciētiā ⁊ cōsciētiā. Et ideo nō omni sacerdoti est confitēdū. Un̄ Eccl. iiij. d̄r. Ne subijcias te homī ꝓ pctō. Et in. d. c. qui vult. dicit Augꝰ. Qui ꝯfitet: sacerdoti meliori q̄ꝫ potest cōfiteat. Sed hic oritur vnū dubiū. ¶ Quid si nō iuenit idoneꝰ scia et cōscia. sed vnꝰ deficit scia et aliꝰ cōsciētia? Aliqui dicunt ꝙ tutiꝰ est cōfiteri habenti sciam et nō cōsciam. q2 sciētia est necessaria ad executionē sacramēti. Aliq̄ aūt dicūt oppositū et forte melius. q2 vt ex ꝑtie dictꝫ patꝫ: deficiēs scia pōt in casu necessitatꝫ sine pctō audire. sꝫ deficiēs cōsciētia non pōt sine pctō mortali se intromittere cui pctō ānectit. q̄ ei occasiōē ꝑbet. vt pꝫ. s̄. Preterea plꝰ valꝫ facere sine scire q̄ꝫ ecōtra vn̄ Matth. vij. d̄r. Qui facit volūtatē pr̄is mei q̄ in celis ē ipse. ⁊c̄.

*Sacerdos ēt iperitꝰ pōt in tribꝰ casibꝰ confessiōes audire.*

et.j.Cori.xiij. Si habuero pphe-
tiã et nouerim mysteria oia ꝛc̃.et
oẽz sciẽtiã ꝛc̃.Et iõ dꝛ Eccle.xix.
Melioꝛ est isipiẽtia cũ tioꝛe dñi
ꝙ̃ apparens sapiẽtia et stultitia.
impfectũ scientie põt supplere p
fectio charitatis.vt in.c.nisi cuz
pdez.§.p defuncto.de renũc. Sz
impfectũ innocẽtie nõ supplet sci
entia.ideo(qd peius est)quãto est
maioꝛ sciẽtia tãto picłosioꝛ.sicut
bon⁹ gladi⁹ in manu furiosi.sicut
patet in demone qui est denoĩat⁹
a sciẽtia.Unde.j.Coꝛ.viij. Sciẽ
tia inflat.charitas edificat. Sup
quo glo.mgr̃i sẽtẽtiaꝝ ꝑm Augu.
dicit. Addite scie charitatẽ ꝛ vti
lis erit.Scĩa cuz charitate vtilis
est.p se inflat in supbiã ꝛ demões
qui greco noie a scia sic sunt noia-
ti in quib⁹ est scia sine charitate.
Hec ibi. ¶Tertia cõditio cõfes-
soꝝ dicit discretio.Nã diligẽter
pscrutari et examinare debz con-
Examinatio cõfessoris põt esse triplex.
sciẽtiã pctõꝛis.¶Ad cui⁹ rei eui
dentiã aduertẽdum est ꝙ triplex
põt esse talis examĩatio. Prima
dicitur negligens.Secunda insi
ciẽs.Tertia diligẽs.Prima qui-
dem dicitur examinatio negli-
gens quãdo scilicet cõfessoꝛ non
curat examĩare diligẽter cõscien
tiã cõfitentis.De qb⁹ pphetauit
Dauid dicẽs.Defecerũt scrutan
tes scrutinio.Et tñ hoc est neces-
sariũ et ↄfessoꝛi ꝛ ↄfitẽti.Et maxi
me ppter tria.Primo ppt igno-
rantiã:qꝛ pctõꝛes ignoꝛant q̃ dei
sunt.Cõtra quos August.in li.ij.
q̃stionũ vete.ꝛ no.testa.q.lxxxviij
Nõ oĩs ignoꝛãs imunis est a pe-
na.ille eni ignoꝛans põt excusari
a pena q̇ qd didicerat nõ audiuit
Illis aũt hoc ignosci non poterit
q̇ habẽtes a quo discerent/operã
nõ dederũt.Et ideo si cõfessoꝛ au
diuit aliquid de penitẽte/vel sci-
uit per pbabilẽ coniecturam:de-
bet penitenti ad memoꝛiã reuoca

re:quia potest timere ne penitẽs
super hoc habeat ignoꝛantiã cras
sam que nõ excusat.vel etiã foꝛte
quia nõ intelligit illud/ vel aliud
esse peccatũ.Nã sicut Isido.ait.
Ignoꝛãs quotidie peccat ꝛ igno-
rat.Secũdo necessaria est exami
natio ppter negligentiã.Nam ho
mines multi reperiũtur circa sa-
lutem suã negligẽtes.Unde Au-
gusti.in homeł.super illud. Uti-
nam calidus esses ꝛc̃. Sunt qui-
dã iusti intra sanctam ecclesiã cõ
stituti qui vitã ab omi crimine cu
stodiũt:sed tamen in agendo que-
libet bona non resurgunt/ꝛ hij ta-
les nec frigidi sunt/nec calidi:qꝛ
Hoĩes q̇dam nec frigidi sũt nec calidi.
non sufficit mala cauere:nisi stu-
deat quis bona opera facere.hu-
iusmodi conditionis sepe sunt pe-
nitẽtes qui sine examinatione cõ
scientie sue ad cõfessionem acce-
dunt:quodquidẽ euacuare cõsue
uit fructum cõfessionis. Et ideo
tales per ↄfessoꝛes (si bono modo
fieri posset)audiendi non essent:
nisi pꝛius seipsos examinassent/
ac obseruarent que dicta sunt de
cõfessionis pꝛeparatione: in quo
si deficiunt:a puido cõfessoꝛe ad-
iuuãdi sunt.Tertio necessaria est
examinatio pꝛopter verecũdiam
Sunt autem pleriq; tam femine
ꝙ̃ mares:qui potius omitterent
confiteri ꝙ̃ oꝛe pꝛopꝛio manifesta
re peccatũ.quodquidẽ ex super-
bia et hypocrisi oꝛiginem habet.
Et ideo confessoꝛ discretus a pe-
nitente ingenioso omnem noxam
et verecundiam debet remouere.
pꝛoinde statim debet sibi expone-
re magnitudinẽ culpe/scilicet cũ
confitet eam.sed in fine hoc face-
re debet.Unde Augusti.de peni.
distinc.vj.c.j.ait. Diligens inq̇si-
toꝛ/ꝛ subtilis iuestigatoꝛ sapiẽter
et q̃si astute iterroget a pctõꝛe qd
foꝛsitan ignoꝛat/vel ex verecũdia
vult occultare ꝛc̃.Secunda exa-

Confessor plura nō dꝫ querere in cōfessione.

minatio dicit̄ insficiens. Sūt nāqꝫ plura q̄ confessor in speciali mini me q̄rere debet. Et maxime ꝓpt̄ tria. Primo ꝓpter curiositatē q̄d fit cū cōfessor nō cōuenientia nec ꝑtinētia sed aliena a statu et mori bus penitētis ꝑquirit: que in talibus q̄ri nō solent. qꝛ quilibꝫ interrogari et examinari dꝫ sm̄ statuꝫ et conditionē suaꝫ. vt infra dicetur. Secūdo ꝓpter fragilitatem. Sunt enim quedam que nō debꝫ confessor ꝯfessor inquirere in speciali. sicut sunt inconsueta scelera et enormia cōtra naturaꝫ. Nō est. qꝛ frequenter addiscit penitēs q̄ nō nouit. et cōtingit sepius inq̄nari ipm̄ cōfessorem et in talibus cōcuti. Prouerbi. xj. Inuestigator maloꝝ opprimetur ab eis. ꝓpter ea non debet talia inq̄rere nisi in ḡnali. q̄si de longinquo ꝑ quasdaꝫ circūlocutiones. vt si fecit qui cōfitet̄ intelligat. et si nō fecit nō addiscat. Tertio ꝓpter improbitatē Nam dicit Sco. in. iiij. dist. xv. ꝙ sacerdos m̄ltū errat in ꝯfessione interrogādo ꝛ audiendo libenter placabilia et inhonesta aurib⁹. et maxime si interrogat de eis volūtate vitiosa. In hui⁹ mysteriū Judith. viij. dicit̄ ꝙ Judith sacerdotibus ait: Uos aūt nolo vt scrutemini animū meū. Judith aūt cōfessio interp̄tat̄. in qua mystice ꝺ̄ signat̄ ꝙ iprobа inq̄sitio ꝑdictorū est in sacerdotib⁹ necessario reprimenda.

Confessor in faciendis interrogationibus tria debꝫ cōsiderare.

Jdeo sm̄ Host. in faciendis interrogationib⁹ tria sunt cōsiderāda. Primo vt q̄libet iterroget̄ de pctīs q̄ ꝯsueuerūt in hm̄oi hoībus abūdare. nō enim oportet vt a milite queratur peccatū clericorum vel econuerso. Secundo vt non fiat explicita interrogatio nisi de illis que cōmuniter hominibus insunt. De alijs auteꝫ adinuentionibus ita debet de longinquo fieri interrogatio/ vt si consitens cōmisit: dicat: si non cōmisit: nō dicat. Tertio i peccatis carnalibus nō descēdat inq̄rens ad circūstātias imptinētes. quia hm̄oi delectabilia quāto magis in speciali considerant̄: tanto magis nata sunt concupiscentiam mouere. eo ꝙ oīs etas ꝑna est ad malū. xij. q. j. omnis etas. Tertia dicit̄ examinatio diligēs. quia vt ex ꝑcedētibus patet ꝙ sicut cōfessor debꝫ vitare in examinando extremitates: ita debet hr̄e discussiones mediocres que sunt. s. inter nimiū et non satis. Et hoc obseruare debꝫ maxie ꝓpter tria. Primo ꝓpter autoritateꝫ. Nā absqꝫ dubio oportet ipm̄ cōfessorē diligentē esse in inuestigando. maxie faciendo cuilibet penitēti interrogationes generales: scꝫ vtrū ꝑterito anno confessus sit. ꝛ vtrū cōpleuerit pniaꝫ. Et si dicit ꝙ nō: querat si pniam sibi ipositā scit. Si scit: dicat ꝙ adhuc expleat eam. Et tūc nō oportet eum reiterare confessionē. Si autem oblitus est tūc iterabit cōfessionem ꝑteriti anni. Deide querat vtruꝫ postq̄ venerit ad annos discretionis singulis annis cōfessus sit ꝛ ꝑcepit eucharistie sacramētū. ꝛ si vnq̄ illud in mortali culpa sumpserit. Postea querat de trāsgressione decē ꝑceptoꝝ. septē capitaliū vitioꝝ. generaliū eccl̄ie mandatorū. ꝛ de abusione q̄nqꝫ sēsuū. ꝛ de circūstantijs postea. Dei de descendat ad ꝑticulares interrogationes pctōꝝ que cōiter consueuerūt hoies sui status ꝑpetrare. vt si est clericus. religiosus. miles. mechanicus ꝛc̄. De quib⁹ interrogationibus vide Host. in sū. e. ti. in §. q̄ interrogatiōes. Quas compendiose vide in summa angelica in v̄bo interrogatiōes. Quod est contra quosdam qui dicūt vel credunt se nō esse obligatos ad interrogādum vel examinandū eos

Confessor debꝫ esse diligens in inuestigando.

quos in confessione audiũt.tenentur eniȝ ad oia supradicta.plures enim remanerẽt in fecibus nisi instruerentur.Cuius rõ est.quia cõfessor in hoc foro est iudex. de pe.di.j.verbũ.ꝛ in.c. iudicantẽ.xxx.q.vlti.vbi dr ꝙ iudicantẽ opoꝛtȝ cũcta rimari.Graue eni nimis est super re icerta certã ferre sẽtentiã.xj.q.iij.graue. Ad hoc facit quod habetur in d.c.qui vult.de pe.di.vj.circa principium. ꝛ optime vltra mediuȝ.Et breuiter.c.nostrũ.determinat ꝙ debẽt fieri interrogationes in hoc.§.sacerdos autẽ.ibi.Sit auteȝ sacerdos discretus ꝛ cautus more periti medici ꝛc.ꝛ ibi diligenter inquirens ꝛ peccatorum ꝛ peccati circũstãtiam ꝛc. Secundo ꝑpter charitatẽ quã tenetur confessor diligere ꝑximum sicut seipm. imo penitentem sicut filium.In cuius mysteriũ Exod.xxiij. ꝑcepit dominus dicens.Si videris asinum odientis te iacere sub onere non pertransibis: sed subleuabis eum.Quanto magis subleuandus est filius spiritualis qui a confessore in sãguine xpi regeneratur. Tertio ꝑpter vtilitatem.Si enim cõfessor fuerit diligens inqsitor ꝛ prudens penitentis examinator/ sepius absqȝ scandalo ꝛ cum fructu maximo quasi a longinquo querens liberabit et saluabit ab occultis ꝛ ignotis criminibus animaȝ eius. Ideo Job xxvj.dicitur.Obstetricãte manu id est a confessore prouido diligẽti et discreto eductus est coluber tortuosus.¶ Nota circa litteram ibi vt more periti medici.ꝙ sacerdos dr spũalis medicus aie.et ergo sicut medicus corpalis antidota conuenientia dare debet cõtra morbos corpis:ita iste cõtra morbos anime. Et ex hoc nota conueniẽtes similitudines adducẽdas: non improprias. quia bene conuenit medic⁹ corporis cum medico anime. Et dicit periti. Imperiti enim medici teneñ.quia se reddunt peritos cum nõ sint.in.l.illicitas.§.sicut medic⁹.ff.de offi.psi. ꝛ in.l.qua actione.§.fi.ff. ad legeȝ aquiliã.C.de professo.ꝛ medicis.l.penul.quia imperitia culpe ãnumeraẽ.Insti.ad.l.aquiliam.§.imperitia.Sicut etiã dicimus in imperito iudice assessore vel aduocato.vt in.l.si filius.ff.de iudi. de re iudi.c.j.li.vj. per doc. Et ẽ ratio. quia quis non potest apud se deliberare recipienȝ consilium a medico vel aduocato: sed als non tenetur quis de iperitia.quia apud se deliberare debebit qui recipit consilium ab eo qui se non reddit peritũ in officio seu ꝓfessione sua. vt no.in d.c.j. ꝛ in regula: cõsiliũ. de regu.iu.lib.vj.Debet ğ cauere iste medicus spũalis vt nec ãte factũ nec post factũ nec in facto reperiaẽ in culpa.propter qd valde peccãt sacerdotes q̃ audiũt ꝯfessiões ꝛ nesciũt expedire hoies.sicut medici q̃ intromittũt se de infirmo cũ nesciunt artem curandi. vt in dicta.l.qua actione. et in.c.tu a nos.cum ibi notatis. Item sicut medicus non solum debet esse perit⁹ in cura habito respectu ad infirmum. sed etiaȝ ad seipsuȝ ne imperite approximando ad infirmum inficiatur ab eo.ff. de ac.empti.l.iulianus.primo responso et ideo vtuntur medici preseruatiuis. Sic hic medicus spiritualis caueat ne audiendo inficiatur presbiteri enim qui confessiones audiunt sciunt omnia mala ex auditu.sicut dicit lex de hijs qui cõtra leges versantur.C.mandati.l.fina. Nec est malum mala scire ȝ ex hoc mala operari.not.xxxviij.dist.q̃uis. ergo caueant ne audiendo peccare discãt:vel ad peccãdum alliciãtur.quia multos red-

Sacerdos diciẽ spiritualẽ medic⁹ anime.

dit innocētes felix ignorātia malorum: et multos corrūpit scia de mal'.ff.de.s.corrup.l.j.p totū: Et multuz de hac infectione caueāt presbyteri dū iuuencule eis confitentur. Unde nec audiant cōfessionem mulieris in cella vel in camera.ar.c.hospitiolū.xxxij.disti. r.c.clericus sol⁹.lxj.distin. Cōfessio enim est actus spūalis generationis. Magis aūt peccat q̇s cuz filia sua spūali q̄ cū alterius vxore.xxx.q.j.c.pe.r fi. Deinde dicit tex. supinfundat vinum r oleum. Ubi nota q cōfessor non debet sē per rigorem iusticie exercere. sed quandoq; tēperamentū misericordie adhibere. hoc denotat vinuz r oleum. sic expone. vinū: id est rigorem iusticie r grauē pniaz. r oleū i. tēperantiā eq̇tatis r leuē pniaz: sm exigētiā circūstantiaꝝ pctōrū r peccati. Sicut fecit ille pius samaritanus. Lu.x. Uel dic. Infundat vinū.i.amaritudinē r modificationem increpationis si videat expedire. vt q2 pctōr est corrigibilis. r per hoc emēdabilis r multa bōa recipiet a deo. Oleū.i.dulce r suaue eloquiū si ille sit īdurat⁹: vt sic suaui lenitate verborū ipsuz ad compunctionem inducat ppo nendo ei beneficia que deus ei cō tulit. mortem christi. gaudia celi. penas inferni. mortem suam r breuitatem vite. r mortis īcertitudinem. christi pietatem qui non venit ppter iustos sed peccatores. quia si omnia mundi mala commisisses r vere penitēs esses/sine dubio deus tui miserebit̄. q̄ multum ad hoc valent: put dicit compendium horuz versuum. Mors tua: mors christi: fraus mundi: gloria celi. Et dolor īferni: sunt meditāda tibi. Deinde dicit quale ei debet consiliū prebere r cuiusmodi remediū rc̄. Ubi nota q solus ille qui de facto certus est potest con

Uinū r oleū infūdere peccatoribus q̇d est.

Uersus salutares.

silium bonuz vel remediū adhibere. Et dic consiliū quando nō plene confitetur. r remediū/scz absolutionis quando in eo est vera cōfessio. Uel dic consiliū circa emēdationem peccati: imponendo penitētiam iuxta modū criminis cō missi. Et remediuz circa abstinentiam vt amplius abstineat r nō recidiuet imponendo penitentiam per quam causa peccati extinguatur. vel dic ecōuerso consiliū qualiter se habere d̄beat ne recidiuet r remedium peccati preteriti r sequentis. Et ex hoc sequitur q penitētie sunt arbitrarie put supra dixi. Deide dicit. diuersis experimentis vtendo. Ubi nota q sacerdos nō debet solū vnū experimētum scire sed diuersa sicut medic⁹ non debet oibus vnā medicinam dare. notatur. xxix. disti. necesse. Et dic diuersis expimentis puta pbādo vires ipsius: qualē penitētiam portare posset. quale cōsiliū seruare. r vbi r q̄uo abstinere valeat sm doc. Ex hijs oibus p̄dictis sequitur q valde laboriosū est audire confessionē. Et certe non puto aliquid spectare ad officium sacerdotis quod ita laboriosum sit: tediosum et graue. r qd̄ ita vires hominis interiores et exteriores exanimet sicut cū diligētia cōfessiones audire. Et per consequens sequitur q audire cōfessiones est opus excellēter meritoriū: si cum diligentia r bona intentione fiat: non ad questū. probatur de pe. di. iij. de quotidianis. in fi. de sponsali. īter opa. xlv. di. c. tria. r. c. due.

¶ Circa hanc lr̄am q̄ro: cui debz maior pnia imponi: an comedenti cū excōicato: vel loquēti cum eo. Solutio. Jo. de Lig. i. c. defleat. de reg. iur. dicit q comedēti. eo q magis intente cōicat. allegat. xxviij. q. j. oēs. cū ibi no. r. xxij. q. iiij vnusq̄sq;. Sed cui maior. an peie

Sacerdos diuersa debz experimēta scire.

Confessiones audire laboriosum est.

ranti p euangelia dei:an per deũ. dicit ipse ibidẽ q peieranti p euãgelia. qz implicat deũ cũ euangelijs.ff. de iureiu.l.qui per salutez. z.c.qui peierat. xxij.q.v. Intellige tñ hoc vt not.xxij.q.j.si aliqua. Sz cui maior. an peierãti p deos falsos:aut p ver. videt q pmo. qz pmittit crimẽ ydolatrie:q nullũ ẽ maius.ɔ cele.mis. de hoie.Archi. tenet q scdo.qz magz habet respectus ad trãsgressionẽ iuramẽti q ad formã iurãdi.Credo tamẽ q si ãbo iurarẽt ver:sed deficerẽt aliq duo comites iuramẽti.s.iudiciuz z iusticia: magis peccaret pmus: ẽt si iurasset p creaturã: attribuens sibi aliqd numinis. Sic dico si vnus iuraret p creaturã alter p creatorẽ magis peccat scds.qz cõtẽnit deũ in se.pm9 i creatura. Sz magz peccat peierãs p mẽbra xpi q p deũ. pper circũstãtiã igratitudinis:cũ deus assũpsit p nobis hũanitatẽ. de sũ.trini.c.j.no. Jo. de Lig.in.c.z si xps.ɔ iureiu.

Fornicator simplex an grauius peccet q mortale mẽdacium committens.

Sz cui maior.an fornicatori simplici an mortale mendaciũ pmittẽti.dicũt docto.i cle.ad nostrã.de hereticis.q mẽdaci q ɔ naturã peccat abutẽdo loqla. p hoc.xv.q.viij.q amisit.lj.di.qz tua sctitas. Nec obstat.c.nõ solũ.xxxij.q.vij.qz ibi ponitur fornicatio p incestu. vel dr fornicatio maximũ scelus pter plures spẽs quas sub se continet. z ita non intensiue sed extensiue. Sed cui debet maior penitentia imponi:an cognoscenti vxorẽ alienam vl filiã spũalem. Jo. de Lig. in.c.defleat.de regu.iu.dicit q pmo.notat.xxxj.q.j.qm. Cõtrariũ tamen habetur.xxx.q.j.c.penult. z fi.Confessio enim est actus spiritualis gñationis. z qz grauius crimẽ est incestus q adulteriũ.ff.de adulte.l.si adulter.§.j.xxxij.q.vij. adulterij.

Mulieres decem cognoscere grauius est vnaz decies.

Sz cui maior:an cognoscẽti decem mulieres:an decies vnã Joãnes de Lig. ibidẽ dicit q pmo p glo. xxx.q.j.c. ãnpeul. Nec illã glosaz repio. credo tñ q bñ dicit.qz plurib9 est actio mali z plures corrũpit.ar. p hoc de re iudi. c.j.li.vj.in fine.z hac circũstantia qntitatis omissa/ necessario debz postmodũ pfiteri. vt si dixerit ter se fecisse z postmodũ recordat decem vicib9. An autẽ pfitens teneatur dicere qtiens cognouit. dic q sic.si recordat. als sufficit dicere q pseuerãter peccauerit.vj.q. j.mutare.de.pe.dis.j.c.j. fin Lauren. An aũt maior viro vel mulieri?ceterz parib9 viro.qz fortior esse dz.xxxij.q.vj.idignant. Sz cui imponit maior: an cognoscenti solutam virginem vel maritatã corruptã.Credo q scdo:cũ peccet in pses.s. i maritũ cui9 thor violat. ff.de adulterijs.l. iter liberos.in.c. non auferamus in fine.xxxiiij.q.j. Itẽ illa plus peccat:cũ fidez que est vnum ex bonis matrimonij violet.xxvij.q.ij.oĩe itaqz.C.de adulterijs. l.j. ergo et communicãs ei in crimine plus peccat. arg.de senten.excõ.nuper.et.c. si concubine.no.p Archi.z Jo.an.in.c.ij. ne cler.vel mon.lib.vj.circa fi. Et hoc ver nisi pma fuerit psecrata. xxvij.q.j.virginib9. ¶Circa hoc moueo tale dubium. Pone: corrũpens virginem cuius occasiõe ipa effecta ẽ publica meretrix:nũquid reus erit omnium peccatorum per ipsam postea in meretricio commissorum?ar.optimum q nõ.in.l.neracius. in prin.z i.§.j.ff. de seruo corrupto. vbi est cas9 q si corrupisti seruumvt quedam cyrographa debitorum domini lacerarent. ille ex consuetudine postea alia cyrographa lacerauit istorũ noie non teneris.Contrariũ puto veri9 in foro psciẽtie. ar.ff.ad.l. acqui.l. q occidit.§. qui in hoc. de homici.c. si.lib.vj.j.q.j. placuit vt

vnusquisq̧. Et est forte casus in
quo q̄s idem pctm̄ sepius confite
ri tenet ꝓpter circūstātiam: vt si
illa peccet / ꝛ quotiēs peccet post
confessionē corruptoris: q̄ nec sa
cerdos potuit pniam ꝯmēsurare
circūstantijs futuris q̄ sibi incer=
te fuerūt. ff. si cer. petat. l. respici=
endum. xxiij. q. iiij. nabuchodono
sor. Auctis ergo in posterū circū=
stātijs / seu aucto malo necesse est
vt pnia augeat: qđ nō fit nisi in pe
nitētia: vt dixi in p̄ma pte sup ver
bo iniunctā. Item est forte casus
in quo existēti in purgatorio / vel
in inferno pena auget extensiue /
vel intēsiue: si illa in meretricio p
seueret post mortē corruptoris. si
cut de dyabolo notat. xxiij. dis. q̄
eps. licet dici possit q̄ de⁹ futuro
rū cōsci⁹ mortuo penā statuit ẜm
q̄ illā in meretricio pseueraturā
p̄sciuit. ff. de iudi. l. s3 si restituat.
§. fi. ¶ Sed cui debz maior pnia
imponi / an cognoscēti pulchrā vl'
deformē? Hec est q̄stio glose i. c.
fi. xiiij. q. fi. tāgit glo. in. c. j. de pe.
dist. v. Hugo dicit. q̄ primo. Bar
tho. q̄ secūdo. Eadē q̄stio forma=
ri posset de iuuencula ꝛ antiqua.
Et videt q̄ pl⁹ peccet cognoscēs
pulchrā q̄ deformem et antiquā
ꝓpter circūstantiā lasciuie maio
ris. Videt tñ q̄ turpē ꝛ antiquā:
q̄ minus tentat / ꝛ natura minus
mouetur: et ita magis ex malicia
peccat. ff. de penis. l. respiciendū
§. fi. Primā opinionē veram cre=
do: habito respectu ad voluptatē
vel ad delectationē q̄ attendit in
pctō. arg. vj. dist. c. j. Secūdā ꝓ:
habito respectu ad alliciētiam et
tētationē q̄ vbi est minor / ꝯcludit
maior culpa. xxxiij. q. ij. admone=
re. q̄ ex aduerso vbi maior tenta
tio ꝛ alliciētia: ibi minor cōtēpt⁹.
facit de pe. di. ij. sciēdū. Sed cui
maior / an clerico seculari in sacr3
cōstituto fornicāti / vel monacho

Mulie= rem tur pem co= gnoscēs an grui⁹ peccet q̄ si pul chrā co gnosce= ret.

nō in sacris? Videt q̄ clerico. q̄
sicut monach⁹ castitatē ꝓmittit
expresse: sic clericus tacite qñ or=
dinat. xxxj. dist. nicena. cū seqn.
et de cler. ꝯiug. cū olim. et cū hoc
est in sacris. duo igit vincula ma=
gis ligant. insti. de adop. §. sed ho=
die. de treu. et pa. c. j. Dic cōtra.
cū castitas ẜm opinionē cōem ex
ꝯstitutione eccl'ie ordini sacro est
annexa ẜm doc. q̄ cle. vel vo. rur=
sus. Sed monach⁹ fornicādo ve=
nit contra ꝓfessionē suā / et votū.
de statu mona. cū ad monasteriū.
in fi. Vñ et p̄sbyter secularis sim=
plicē fornicationē cōmittit: nec
est casus epalis. notat. lxxxj. dis.
maximilian⁹. lxxxij. dist. p̄sbyter.
ij. q. vij. paul⁹. Cōtrariū tñ tenent
docto. p̄sertim theologi: dicentes
q̄ sacerdos occidētalis lapsus in
fornicationē vere votifractor effi
cit / ꝛ in casum reseruatū incidit:
nec a simplici sacerdote absolui
potest. Probat. talis suscipiēs sa
crū ordinē vouet castitatem voto
solēni. et ad hoc est determinatio
eccl'ie. in. c. vnico. de voto. lib. vj.
Et ad hoc est sanct⁹ Tho. ij. ij. q.
lxxxviij. arti. vij. qui dicit sacer=
dotē grauiter peccare si fornicat
q̄ vouet. Ad idē est Hen. de gan.
q̄nto quotlibeto. q. xxvij. Ad idē
cancellarius parisieñ. Gerson in
tractatu de visitatione cleri: di=
cens. Denūciet recipientib⁹ ordi
nes sacros q̄ faciūt votū castita=
tis solenne: ne reputent se liberos
ad fornicandū: sicut fatui quidā
putāt. Ex quo inferūt ꝓbabiliter
q̄ sacerdos per lapsum in fornica
tionē sicut ter assumpsit sacrum
ordinē: ita triplicis voti solennis
est p̄uaricator. patet q̄ q̄libet sa=
cri ordinis susceptio habet anne=
xum votū cōtinētie / ꝛ nō simplex
ergo solēne. Est tñ verū q̄ graui=
us peccat religiosus fornicando
q̄ cleric⁹ secularis in sacris. cleri

Forni= catio p̄s byterat an sit ca sus epi= scopat.

Fornicatio grauior est in religioso q̄ in secularibus clericis.

ci eni tales sunt votifractores voti taciti/et solennis castitatis:qđ nō per se intrinsece ꝛ essentialiter est annexū sacro ordini:sed ex cōstitutione ecclesie ꝑpter ei⁹ honestatē tacite et accidētaliter. Religiosi vero fornicatores sunt voti fractores voti expressi et solēnis. et sunt tales quasi apostate: quia plus deponūt q̄ habitū: cū castitas sit eis magis substantialis:q2 per se intrinsece ꝛ essentialiter est annexa voto professionis. in.d.c. cū ad monasteriū.i fi. ¶ Sed cui maior.an laico vel religioso eodē genere pcti peccātib⁹?Et videt꞉ ꝙ religioso:q2 est in altiori statu/ ꝛ sic casus decliuior.Cōtrariū regulariter verū:q2 regulariter grauius peccat laicus q̄ religiosus. vt no.Jo.an.post sctm̄ Tho.in.c. accusatus. de hereti.lib.vj.Ubi ꝯcludit ꝙ in eodē genere peccati min⁹ peccat religiosus q̄ laicus: nisi in trib⁹ casib⁹.Prim⁹ cū peccatū est cōtra votū religionis:puta fornicando/aut ꝓpriū retinendo/siue inobediēdo cōtra votū ꝓmissum.Secūdus cū excedit per cōtemptū:q2 videt꞉ magis ingratus cū ex dei bn̄ficio esset productus ad pfectionis statū.facit qđ habet꞉ in.c.fi.xlvij.dist.Terti⁹ cū peccat publice:ita ꝙ prebet alijs scandalū.nā tūc tenet꞉ etiā de delicto aliorū.de voto.magne.et in c.ꝓcipue.xj.q.iij.vbi dicit beat⁹ Grego.Scire debent prelati ꝙ si peruersa vnq̄ ꝑpetrant:tot morti bus digni sunt/quot ad subditos suos ꝑditionis exēpla trāsmittūt Extra illos casus leui⁹ peccat religiosus:et hoc ꝑpter merita precedētia ꝛ seqn̄tia.iuxta illud.ps̄. Si ceciderit iust⁹ nō colliđet꞉: q2 dn̄s supponit manū suā.Ex quo infero ꝙ positus in dignitate: vt ep̄s leuius delinq̄t q̄ inferior:cū dicat꞉ religiosissimus. vt in.c.ex multa.de voto.et fit in statu ꝑfectionis.c.licet.de regula.ꝛ.c.nisi cū pridē.de renūci.nisi peccet cō tra votū emissum in receptiōe ordinis.vel ex cōtēptu/vel publice in scandalū aliorū rōnib⁹ p̄allegatis.Et in trib⁹ casib⁹ p̄allegatis/ vel corꝫ altero aggrauat꞉ pctm̄ ex dignitate.et ita pōt recte intelligi tex.et glo.in.c.cū q̄dā. de iure iurā.et.c.homo xp̄ian⁹.xl.di.al's sec⁹.vt habet꞉ in.c.septies. de pe. dis.iij.vbi dicit beat⁹ Hiero.Septies in die cadit iustus et resurgit.et sic licet iustus cadat/nō tn̄ perdit nomen iusti ex quo ꝑ bona opera ilico resurgit.Quis autē plus mereat꞉ ex eodē genere boni an religiosus/an layc⁹.vide glo. notabilē.in cle.si dn̄m.de reliq̄.ꝛ vene.sanc.vbi cōcludit꞉ ꝙ religiosus. Sed cui maior pn̄ia debꝫ imponi/an cōstante matrimonio fornicāti/an eo soluto quo ad thorꝫ? Dic ꝙ p̄mo arg.de vita et honest. cle.c.vt clericorꝫ.in fi.ꝛ ita maior pn̄ia debet īponi coniugato inuadēti thorū alienum q̄ clerico ꝯm Abbatē et Jo.an.ibi.sed cui maior.An matrimonio ꝯstāte cognoscēti alienā/an eo ꝑpetuo soluto quo ad thorū vxorē ꝓpriā? Uidetur ꝙ p̄mo q̄ adulterat꞉/scđus nō. Dic cōtra cū secūd⁹ cōmittat incestū.lxxxj.dist.minister.cū notatis.vide qđ notat꞉.xxx.q.j.nosce. hoc verū si vxor fuerit conuersa. xxxiij.q.v.ꝙ deo. Et ē casus quo filij ex legitimo matrimonio nati sūt illegitimi ꝛ incestuosi ꝯm doc. cōiter.in.c.lr̄as.de filijs p̄sbr.In nocē ꝛ Hosti.de cōuer.coniug.c. dudū.An autē ꝯmittēti simul adulteriū ꝛ incestū:q2 cognoscit sororē maritatā debeat duplex penitētia imponi.vna ꝓ adulterio. alia ꝓ incestu.Joan.dicit ꝙ non. sed ꝓ adulterio incestuoso maior pn̄ia imponit꞉.et ecōtra:quia vnū

Religiosus in eodē genere boni plus meret꞉ q̄ laic⁹

crimen eſt:ſed per circūſtātiā ag
grauatū. vide.xxvij.q.j.virginib⁹.
Sed pone.Credit q̇s ſolutam co-
gnoſcere/ et cognoſcit maritatā.
Videtꝫ ꝙ imponetꝫ pnia ꝓ adulte
rio.ff.de iniurijs.l.cū qui.§.ſed in
iuria vocatꝫ.xv.q.j.illud.in fi.Et
qꝛ in facto dānato ignorātia non
excuſat.notatꝫ de ſentē.excō.a no
bis.j.C.de ſūma trini.l.j.Contra-
riū notatꝫ.xxiiij.q.ij.in lectū.arg.
de ſen.excō.ſi vero.Et hoc verū.
qꝛ adulteriū nō cōmittitꝫ ſine do-
lo circa ipm.ff.de adult.l.penul.
Nō obſtat cōtrariū:qꝛ ibi om̄ino
iniuriari intēdebat.hic vero nul-
lo modo adulterari.iūctaqꝫ forni
catio ⁊ adulteriū ſpecie differūt.
de facto dānato dic.vt p doct.in
c.fi.de ꝯſtitu.lib.vj.Sed cui ma-
ior.An offendenti patrē ſuū ſpiri
tualē ſcꝫ ꝑlatū/vł carnalē. videtꝫ
ꝙ ꝑmo.ij.q.vij.qualis.hoc ibi te-
net glo.Contrariū credo verū: qꝛ
filius eſt eadē pſona cū patre car
nali cui⁹etiā effigiē portat:nō ſpi
ritualis.C.de ipube.et alijs ſub-
ſti.l.fi.ff.de libe.et poſthu.l.ſuis.
Peccat autē q̇s magis in ſeipm
q̄ꝫ in aliū.ff.de bonis eoꝝ q̇ mortē
ſibi conciſ.l.fina.§.ſi videre.xxiij.
q.v.ſi nō licet.Tamē qꝛ magis ab
illo recipit/⁊ magis ab illo diligi
tur.C.de curato.furio.l.fi.igitꝫ ⁊
magis ſibi tenetꝫ.c.cū in officijs.
de teſta.Vñ ⁊ in caſu ꝑplexitatis
poti⁹ carnali q̄ꝫ ſpūali ſubuenire
tenetꝫ:qꝛ vnū eſt nature qđ eſt ma
ius.aliud legis qđ eſt min⁹.Huic
ꝯſonat dictū ſaluatoris.Honora
patrē ⁊ matrē.qđ de carnalib⁹ eſt
dictū.et hoc verū ceteris parib⁹
ſicut oēs iſte q̄ſtiūcule debent in
telligi.Aliud ſi carnalis ſit imme
ritus vel heretic⁹ ſiue mal⁹.ff.de
relig.et ſump.fune.l.minime.Ad
hoc notata.xxx.diſ.ca.j.Sed cui
maior an offendenti patrē vel ma
trē?Videtꝫ ꝙ matrē.ar.c.j.de cō

Adulteriū non ꝯmittit qui ſolutam credēs maritatam cognoſcit.

uerſi.infide.videtꝫ ꝙ patrē ratiōe
ordinis.qꝛ dictū eſt.Honora pa-
trē et matrē.de ꝓbē.mandato.li.
vj.Item qꝛ fili⁹ eſt ptāte patris/
nō matris.inſti.de adop.§.femie.
notatꝫ de appella.c.ex parte.iij.
igitꝫ magis inobediēs et cōtēnēs
patrē offendēdo.Credo ꝙ equa-
liter peccet.tū qꝛ ipſis debetꝫ eq̄-
lis pietas.per.l.furioſe matrꝫ.ff.
de curato.furio.tum qꝛ in ꝓcrea
tione liberoꝝ ſimili nature officio
fungūtur.inſti.de exhereda.libe.
§.ſꝫ hec quidā vetuſtas.Ad hoc
xij.q.ij.qui abſtulit.xxx.diſti.c.j.
Per hoc deciditꝫ q̄ſtio Cyni.i.l.
j.C.de alen.liberis.Pater et ma
ter equaliter indigēt:fili⁹ nō pōt
ſubuenire niſi vni tātū.cui ſubue
niet?Videtꝫ ꝙ matri tāq̄ꝫ paupe-
riori.C.de epiſ.et cle.ſi q̇s ad de-
clinandā.Preſumitꝫ eni min⁹ ha
bere.ar.de ſtatu regula.periculo
ſo.lib.vj.cum ibi not.et qꝛ nature
debilioris eſt/et ita miſerabilior.
ff.de reb⁹ du.l.cū puber.xxxij.q.
vj.indignatꝫ.Videtꝫ tamē ꝙ patri
ad quē ſpectat onus alimētandi.
ff.đ libe.agno.l.nō quēadmodū.
Solutio.Dicas locū eſſe gratifi-
cationi:cū equalis eis pietas de-
beatꝫ iuxta ꝑdicta.ar.de reſcrip.
duob⁹.lib.vj.xiij.q.ij.ebron.Sed
cui maior.an occidenti xpianum
vel iudeū/ſeu hereticum?Videtꝫ
ꝙ ſecūdo.qꝛ corpus et aiam peri
mit.arg.bonū.xxiij.q.v.vnū ſolū.
Contrariū eſt verū.per.c.qui nō
odij.iuncto.c.eos vero.lj.diſt.Et
quia magis eſt fratricidiū q̄ꝫ ſim-
plex homicidiū.ff.ad.l.pompeiā.
de parricidio.l.j.Om̄es aūt chri-
ſtiani ſunt fratres quo ad regene-
rationē baptiſmi factam ex vna
matre/ſcꝫ eccleſia.xj.q.iij.ad mē-
ſam.xij.q.ij.qui abſtulit.Itē ma-
gis tenemur diligere xpianū.igi-
tur graui⁹ peccamus in eū.Nec
obſtat ratio:quia nō perimit ani-

Patrē offēdēs tantum peccat/ quātū q̇ matrē offēdit.

nam occidēs: sed ꝓpria peccantis volūtas. xxiij. q. iiij. vasis ire. Et al's esset magis pctm̄ occidere malū q̄ sanctum. cōtra. c. sicut dignū. de homici. notat de ꝯsec. eccle. vel alta. c. vno. lib. vj. Nec obstat ꝙ maior penitentia iniungitur matri opprimenti infantulum non baptizatum q̄ baptizatum. notat Archid. de conse. dis. iiij. rebaptizare. quia licet minus sit. maius tamen damnum est in morte pagani. ideo matri maior penitentia iniūgitur ad cautelā non sic si paganus fuisset adult⁹: quia de eius conuersione minus speratur q̄ infantis. et quia conteri potuit. ideo minor penitētia iniungitur ſm Archid. in. d. c. baptizare. vbi etiā pat3 ꝙ minor penitētia iniūgitur rebaptizāti hereticū q̄ fidelem. Sed cui maior an occidēti matrem vel vxorem? Hugo tenet ꝙ vxorem. Jo. ꝙ matrem. vt not. xxxiij. q. ij. admōere. Primū credo verius. ꝑ id qd notatur. lxxxix. dist. decēter. Et quia vir et vxor sunt socij diuie ꝛ hūane domus. C. si cer. peta. l. aduersus. ff. ad municipa. l. fi. §. ij. Inter eos est sacramentu3. ipsi sunt vna caro effecti. ipsis dictu3 est. Propter hoc derelinq̄t homo patrem et matrem et adherebit vxori sue xxxv. q. j. c. j. de bigamis. debitu3 Unde et in casu necessitat; subueniet vxori. Sed cui maior. an occidēti veneno vel gladio. dic prio. C. de malefi. l. j. ff. ad legē cornel. de siccar. l. eiusdē. in ꝑn. Sed cui maior. an ad iram ꝓuocāti: an ꝓuocato: an consulenti vel faciēti. Dic ꝑmis. lxxxvj. dist. tāta. xxiiij. q. iij. qui alioꝝ. no. de pe. di. ij. noli. et maior denegāti elemosinā3. necessitate extrema q̄ inuadenti bona pauperū. not. Jo. de lig. de restitu. spolia. sepe. sed in foro contentioso secūdo imponitur maior

*Uxorē occidere an sit grauius q̄ matrem?*

pena. Contrariū notat. xvij. dis. sicut hij. sed p̄mū verius. attento ꝙ homicidiū p̄ponderat rapine. Et maior imponit litigioso q̄ adulatori. ſm Archid. xlvj. di. clericus qui. q2 adulator tēdit ad delectādum. alter ad contristandum.

¶ S3 cui maior. an peccāti palā vel clam. de q̄ q̄stione. vide. glo. i c. de homine. de celebra. mis. et in c. nemo. xxij. q. iiij. ꝛ in. ca. cleric⁹ solus. lxxxj. dist. et dic: aut loquimur de presūptione doli. et mag; presumitur contra facientē clam q̄ palam. l. fi. ff. de ritu nup. l. non existimo. ff. de administ. tuto. aut de alio: ꝛ tunc aut est talis actus in quo delinquitur clam faciēdo/ et non aliter/ et clarum est ꝙ minus peccat. Aut est talis in quo delinquitur clam et palam/ ꝛ tūc aut ex tali actu potest surgere deceptio multorum/ et punitur magis palam. vt. in. l. iij. C. de sūma trini. Aut contingit solus contēptus: vt in furto vel rapina. ꝛ tūc similiter punit magis palā agēs. institu. de obliga. ex maleficio. §. pena. Aut neutrū istorum surgit: et tunc equaliter punitur. vt in. l. sancimus. C de penis. ¶ Circa. §. caueat. vbi agitur de sigillo confessionis Nota ꝙ ecclesia instituit confessionē non solū secrete fieri: sed ꝛ occultam teneri quātum ad tres cōditiones personarum. Primo quo ad ꝯfessorem. Secūdo quo ad incidenter audientes. Tertio quo ad ipsos peccata confitentes. Primo confessio debet esse occulta quo ad confessores: prout hic statuitur. nam de iure antiquo debet deponi reuelans confessionem: ꝛ omnibus diebus vite sue ignominiosus peregrinari. de peniten dist. vj. c. sacerdos. Sed ſm. c. nostrū. debet deponi/ et ad agendā perpetuā penitētiā in arctum monasterium detrudi.

*Pctā occulta an sint grauiora manifestis?*

*Confessio deb3 teneri occulta*

Ubi dicit Host. q̄ sacerdos peracta pnia p septēniū vel decēnium peregrinando p mundū in monasterium est detrudēdus. Et sic.c. sacerdos.per.c.nostrū. nō corrigitur.sed vnū ius supplet per aliud. Cōfirmat Au.iij.q.vij.c.sacerdos. dicēs. Sacerdos vt sapiens medicus ꝛ pfect⁹ p̄mu3 pctā sua diluere sciat.ꝛ postea aliena detergere ꝛ sanare ꝛ nō publicare. Et magister in.iiij.disti.xxj. Caueat sacerdos ne peccata penitētiū alijs ꝑdat.alioq̄n deponatur. Jdeo oēs doctores theologi ibidē ꝯueniūt: dicētes q̄ in nullo casu lic3 sacerdoti reuelare cōfessionē. siue cōfitens peniteat siue non. siue ꝯfiteatur pctm̄ in ope ppetratū siue perpetrandū.siue sit pctm̄ i fide. siue in moribus. Unde reprobāda est snīa in hoc versu contenta. Heresis est crimē quod nec cōfessio celat. Debet tamen confessor diligēter p̄cauere ꝑ posse ne pctm̄ ppetrandū sibi in cōfessione detectū ope ppetretur. maxīe pctm̄ heresis. Potest eni dicere mł'titudini q̄ sibi caueat et p̄sidenti vt gregi suo diligēter attendat dicens. Uigila sup oues quia lup⁹ est in grege. Ratio aūt tante occultationis est multiplex. Primo quia si licitum esset reuelare confessionē:cōfessio vilis redderetur in populo ꝛ a re sibi necessaria retraheretur imo confessio odiosa redderetur. Secūdo quia via fraudibus aperietur. Nā cū multū credatur homini in confessione sua: multi male se in confessione iustos ostenderēt vt a sacerdote postea laudarētur vt sic possēt ꝑmoueri ꝛ honorari. Tertio quia confessores infideles reputarent.quia tacite promittunt penitentibus illa celare. Uñ in.c.de forma.xxij.q.v.dicit. De forma fidelitatis est secretum nō reuelare. Et hec ē rō Richar. per quā ꝓbat q̄ celatio confessionis est de iure nature. Quarto q2 reuelans mentiretur. quia eade3 persōa f̄m naturā vere affirmare potest aliq̄d i ꝑsona alteri⁹ loq̄ns: quod vere negaret loquēs in ꝑsona ꝓpa. Uñ legitur qūo angelus loquens moysi in ꝑsona dei ſ̄pe dicebat ad illū. Ego sum dn̄s deus tuus ꝛc. Exod.xx. qd̄ vere negasset in ꝑsona ꝓpa loquens. Ergo a simili repꝛesentans ꝑsonā dei i foro confessionis ſ̄pe aliq̄d pōt affirmare quod extra forū cōfessionis quando loquitur vt personā ꝓpā gerēs vere negat. verū ergo dicit negando se audisse vł' scire que ad noticiā eius nō deuenerūt nisi in q̄ntū repꝛesentabat personā dei. S; extra forū confessionis dicēdo illa se audisse vł' scire mētitur. Hic est f̄m Bonauen. ꝛ sanctū Tho. q̄ si aliq̄s iurat dicere verū sup aliquod qd̄ nescit nisi in cōfessione: dicere potest secure nescio:nec peierat ratiōe p̄dicta. ¶ Ad euidētiā p̄dictorū q̄ro. Utrū in aliquo casu liceat reuelare confessione3. Respōdet q̄ sic:in sex casib⁹. Primus quando sacerdos indiget cōsilio:ita tñ q̄ dicens peccatu3 sibi detectum in cōfessione nullo modo referat personā confitentē aliter q̄ possit deueniri ad eius noticiam.ille casus habet hic in text. ibi: sed si prudentiori consilio ꝛc. ꝛ in.c.officij.de pe.ꝛ remis.vbi papa nō rep̄hendit legatū petentem cōsiliū de peccato quod asserit se habuisse in confessione in vniuersali. Uñ credo q̄ confessores non peccāt mortaliter q̄ aliq̄n etiā dicunt se habuisse tale peccatu3 in cōfessione q̄n in tali ḡnalitate ita dicunt q̄ nullo mō potest dep̄hendi ꝑsona que ip̄m confessa est licet sit periculosu3 talia referre nisi in causa necessitatis ꝑ cōsilio habēdo ꝑpter scandalū ꝛ periculū ne

Confessionē in nullo casu l3 sacerdoti reuelare.

Confessio propter mł'ta deb3 esse occulta.

Confessionem i sex casibus reuelare licere videt esse ꝑmissū.

Confessio reuelari pōt de licētia cōfitentis.

deueniat in notitiā ꝑsone. ¶ Secūdꝰ casus in quo licꝫ reuelare ē de licētia cōfitētis ei q̇ sibi necessarius est/vel vtilis ad ꝑficiendū q̄ reqrūtur ad illud forū:qꝛ q̄ꝫdiu hoc pendet adhuc gerit ꝑsonā vicarij dei. Sed de licētia ꝯfitētis hoc reuelare alij ꝑsone nō licet:nisi ille q̇ ꝯfessus est hoc iterū diceret cōfessori extra cōfessionē. Et sic ꝭm sctm̄ Tho. in q̄rto. dist. xxj. talis reuelatio fieri poterit ex vi licentie:ita ꝙ potiꝰ reuelat qd̄ dictum est sibi extra cōfessionē:non autē ex vi confessionis sibi facte. Vñ sacerdos nullo modo dicere debet qd̄ scit ex cōfessione:qꝛ cōfitēs nō pōt dispēsare in lege nature/diuina/et in essentia sacramēti. Habita autē vt dictū est reuelādi licētia per aliū modū q̄ꝫ ꝯfessionē reuelat:⁊ sub hac qualitate poterit reuelare. Si tñ nasceretur scādalū:nullo modo dꝫ presbyter vti illa licētia:qꝛ cōfessor debꝫ celare ꝯfessionē ꝓpter duo. Primo ꝓpter sacramētū:nam de esse illius sacramēti est vt maneat in secreto. Scd̄o ꝓpter scandalū. vbi ergo ꝑmū tolleretur ex licētia cōfitētis:nihilominus maneret tñ secūdū. Et ergo ꝯfessor illa licētia nō debet vti:qꝛ cum scādalo nihil est faciendū.in.c.ij.de prescrip. Sed q̇d de illo cui ex licētia cōfitētis modo ꝑdicto pctm̄ reuelatur: nūquid ipse celare tenetur? Ipsi tenent ꝙ sic. verū nisi pctōr velit ꝙ iste absolute sciat ⁊ libere ꝭm eos ¶ Tertius casus ꝭm Inno. et sequitur Panor. in.c.omnis.de pe.et remis. est qñ quis cōfitetur se velle facere aliqd̄ malū:quia istud nō est dictum in penitentiali foro:et ideo ꝓpter rationem istius sacramēti nō tenetur celare.nec etiam ꝓpter preceptū legis nature/ seu diuine ratione ꝓmissionis saltem tacite de nō reuelādo:quia vt dicit Bonauen. in.iiij.dis.xxj.intelligitur ꝙ debet celare:nisi charitas vel obediētia aliud exigat:vt est in proposito. Nec obstat ꝙ cōiter tenēt theologi.ea.dist.ꝙ nō liceat.qꝛ dictū eorū limito et intelligo qñ q̇s confitetur se habere pctm̄ de quo nō pōt penitere:a quo nō pōt/vel vult abstinere. ⁊ hoc ideo cōfitetur vt sacerdos ꝑbeat cōsiliū/ et oret ꝓ eo vt deꝰ eū illuminet:⁊ hmōi. et tale pctm̄ nō vergit in periculū alioꝝ:sed tm̄ ipsiꝰ cōfitētis Nā tūc nullo modo pōt reuelari: qꝛ talis cōfessio disponit ad cōtritionē:et cōsequēter ad peccatorū in cōspectu dei celationē ꝭm Richar. vbi.s.arti.iiij.q.ij. Sed qñ vergeret in periculū cōmunitatꝭ vel alteriꝰ tūc si nullo modo vult cessare talis q̇n illud faciat. credo sine ꝑiudicio ꝙ non solū potest immo tenetur reuelare ei q̇ pōt prodesse et nō obesse vt malo obuietur. Hoc tādem ita procedit ꝙ nō ꝓdat peccatorē. nā quicq̇d poterit bono mō circa hoc facere vt peccatū impediatur sine ꝓditione confitētis:hoc facere debet cōfessor. Si autē sacerdos videt ꝙ in tali casu nihil facere potest sine periculo cōfitentis:tūc om̄ino tacere debet. De hoc not. in.c.nerui.xiiij dist. ¶ Quartus casus est quando q̇s habet per aliā viam peccatū sibi detectum in cōfessione ꝭm Bonauen. et Richar. et cōmuniorem theologoꝝ opinionē. in dicta dist.xxj. verū est ꝙ ꝓpter scandalum nō debet reuelare:nisi ꝓ necessitate vel vtilitate illud dicat/ vel nisi iurauerit dicere veritatē ꝭm Inno. in.d.c.om̄is. et recitat Panor. in.c.dilectꝰ. de exces. prela. Nunq̄ꝫ tamen debet dicere se habuisse illud in ꝯfessione:potest tamen dicere cū determiatione. Ego vidi talem/ vel audiui talem quid fecisse. Et idē dic si reuelat

aliquid plus ꝗ̃ ſciat extra confeſ
ſionē:puta ſcit ſemiplene aliquid
factū extra cōfeſſionē:et plene in
cōfeſſione:nō licet ſine pctō mor=
tali niſi ſemiplene exprimere.vel
ſi habet dubie:aliter ꝗ̃ dubie re=
uelare nō debet. ¶ Quītꝰ caſus
eſt qn̄ eſſent aliqui q̄ cōdixerūt in
terficere p̄ſbyterū cū eis euntem
in nemore:quoꝝ vnꝰ penitet ꝛ cō=
fitet̄ ante nemoris igreſſum.Nā
tunc pōt ſacerdos retrocedere: li
cet ex hoc alij ſocij cognoſcant ſo
ciū cōfeſſum fuiſſe proditionem.
Scdm̄ eni Scotū in q̄rto.di.xxj.
gn̄aliter dici pōt ꝙ ſignum qđ de
ſe eſt indifferēs ad ſignificādū ta
le pctm̄ fuiſſe confeſſum/vel non
fuiſſe:licet aliq̇bꝰ ſit ſignū magis
determinatū ex aliquo p̄ſuppoſi=
to:nō tn̄ ex ſe eſt ſignū reuelatiuū
cōfeſſionis/nec ꝑ ꝯſequēs ſimpli=
citer illicitū cōfeſſori. Quidā tn̄
tenēt ꝙ in tali caſu tenet̄ potius
intrare nemus/et ſubire mortē ꝗ̃
tali ſigno reuelare:ſed eis nō cre=
do.Melius tn̄ faceret ſi aliquam
cām fingeret cur intrare renuit:
ſed ſi nō poteſt inuenire:credo cū
Sco.ꝙ poteſt deſiſtere ab ingreſ=
ſu:ꝗ̃uis illi ꝑ tale ſignū dep̄hen=
dant cōfeſſionē ei fuiſſe factam.
Si tamen ſignū non eſſet indiffe=
rēs ſed certū : nullo modo liceret
ſignū facere/vel alio modo cōfeſ=
ſionem reuelare.Sed potiꝰ tene=
tur ſm̄ Richar.vbi ſupra mortē
ſuſtinere/ne cōfeſſionem reuelet.
¶ Sextus caſus in quo licet re=
uelare cōfeſſionē eſt quādo id qđ
dicitur nō eſt peccatū/nec circū=
ſtantia peccati illiꝰ qui cōfitetur.
Nam tale quod nō cadit ſub ſigil
lo ꝯfeſſionis:niſi eſſet quid potēs
deducere ad manifeſtationē pec=
cati.vnde ſi quis cōfitēdo inſerat
ꝙ in tali terra ſint boni fructꝰ/vel
pulchrum caſtrū/vel ꝙ ex tali li=
cito cōtractu debet dare centum

Sacer=
dos qui
ſciuit in
cōfeſſio
ne per
vnū de
malefa=
ctoribꝰ
ſe inter=
ficiēdū
in ne=
more/
pōt ne=
mus nō
itrare.

ducatos alicui.et huiuſmodi que
nō ſunt peccata/nec deducentia
ad manifeſtationē peccati:licet
ſm̄ Richar.vbi ſupra .manifeſta=
re.niſi talis innoteſcat ꝯfeſſori ꝙ
talia ſibi dicit ſub ſigillo ſecreti:
quia tunc nō poteſt reuelare niſi
ſm̄ ꝙ ſigillū ſecreti poteſt reuela
ri:vt infra dicā. ¶ Secundū du=
biū eſt vtrū ſacerdos poſſit reue=
lare illud peccatū qđ reuelās ve=
niret in vtilitatē confitentis? Ad
hoc reſpondet Richar. vbi ſupra
ꝙ non.quia ſi aliquādo eſſet vtile
cōfitenti vt ſua cōfeſſio reuelare=
tur:nunꝗ̃ tamen poteſt eſſe vtile
cōmuni vtilitati:cuiꝰ bonū princi
palius reſpicit charitas ꝗ̃ ſingu=
laris ꝑſone. ¶ Tertiū dubiū eſt
vtrū papa poſſit p̄cipere ſacerdo
ti vt reuelet cōfeſſionem? Ad hoc
dico ꝙ ꝗ̃uis ſit ſupra om̄e ius po
ſitiuū:non tamen eſt ſupra ius na
ture/vel diuinū: et ideo ſacerdos
nō tenetur in hoc ei obedire : etiā
ſi p̄cipiat ei ſub pena excōicatio=
nis:cū ſigillū cōfeſſionis nō ſit ſo=
lum iuris poſitiui: ſed etiā natu=
ralis et diuini.Unde tali p̄cepto
nō obediēs excōicationis ſenten=
tiā nō incurrit:q: ꝯtinet intolera=
bilē errorē.vt in.c.ꝑ tuas.de ſen.
excō.et in.c.venerabilibꝰ.§.penl.
eo.tit.lib.vj. ¶ Quartū dubiū.
Si ſacerdos haberet aliqđ pctm̄
mortale qđ nō poſſet cōfiteri niſi
cōfeſſionē factam ſibi reuelaret?
Reſpondet̄ ſm̄ Richar.ꝛ Scotū
vbi ſupra.ꝙ nō debet cōfiteri du=
rante tali caſu illud pctm̄:ſed ſuf=
ficit cōteri de eo cū ꝓpoſito cōfi=
tendi qn̄ poterit facere ſine p̄iudi
cio ſigilli cōfeſſionis/et reuelatio
ne perſone cōfeſſe. Fortiori enim
vinculo tenetur ad celādum con=
feſſionem ꝗ̃ penitens ad confitē=
dum. ¶ Quintum dubium.Nun
quid poſt mortem confitentis po=
terit ſacerdoos reuelare cōfeſſio

Confeſ=
ſio an
poſſit
reue=
lari pa=
pa p̄ci=
piēte ꝙ
reuelet

Confessio phibeť reuelari etiam mortuo ɔfitēte.

nem put nonnulli faciunt. Solutio. Dicēdū q nō p textū hic qui indistincte phibet reuelare cōfessionē: etiā si noceat q pſbyter tacet ɔfessionē defuncti. vel si pdesset alijs q reuelaret. tñ adhuc reuelare nō debet. Et ad hoc faciunt plures rationes. Una q2 etiā post mortez hoīes nolūt suā famā denigrari. C. de. necessař. et suis heredi. insti. l. j. q2 ex q̄ defunctus celauit pctm̄ alijs et in ea voluntate mortuus est pſumiť sibi semp displicere reuelatio pdicta. et iō nequaq̄ faciēda. Pro quo. c. maiores. de baptiſ. et ei9 effe. et. c. platum. qd metus causa. Secūda ratio. q2 confessio est celāda nō solum pter confitentez ne sibi piu diceť. sed etiā ex ipsius sacramentalitate. vt dictuz est. Licet ergo amplius ipo defuncto ex publicatione confessionis nullū forte piudiciū nascať. ex vi tamē sacramēti et ex se cōfesso debz celari. Tertia rō. q2 etiā pter alios adhuc viuētes debet celari confessio defuncti. q2 scientes ipsi viuētes cōfessionē post mortē reuelari posse retraherenť nūq a cōfitendo. Si tamen expediret aliquo casu anime defuncti q reueleť confessio pcti sui. vt q2 teneť ad restitutionem male ablatorū / de q̄bus heredes sui vľ alij nō haberēt noticiā: tunc forte reuelari posset pro tanto vt heredes restituāt male possessa. De quo no. in ca. fi. de sepul. et. c. tua nos. de vsur. ¶ Sextum dubium. Pone q prochianus accuset presbyterū de reuelata confessione. sed confessor dicit scire illud non in confessione sed extra. Cui credendum erit in hoc casu. vel quomodo puniet talis presbyter: Solutio. dicit Hostien. q ex quo presbyter nō ɔuinciť de obiectis p prochianum istā penā ordinariā de qua hic non patiatur q2 pena ordinaria nō debet infligi nisi conuicto iudicialiter per testes vel iudicialiter confesso al's debz potius absolui ab impetitione accusantis. Facit: c. actor. vj. q. vi. c. vnicū. vt eccle. benefi. Si tamen presbyter nō probat q illud reuelatum aliunde ad cuz puenit: debet puniri aliqua pena extraordinaria ad arbitriuz iudicis. Unde ſm Jo. an. et Hosti. cautus debz esse presbyter in dicendo crimina alicuius. q2 nisi probet talia per ipm reuelata se scire extra cōfessionē: presumiť scire in cōfessione Et ideo pter reuelationē talis puniť saltem pena arbitraria / vel ad arbitriū iudicis: si non pbet se illa extra cōfessionem audiuisse. Pro quo facit. c. si tantū. et. c. placuit. vij. q. ij. vbi etiā rephēditur eps qui dicit aliquē criminosum si nō pbat illud qd dicit pbare.

Excōicatum sciens aliquē p cōfessionē eū vitare nō tenetur.

¶ Septimū dubiū. Utrū sciens aliquē excōicatum p confessionē teneať eū vitare. Solutio ſm Ri char. vbi supra q nō: etiā in secreto. ⁊ ad. c. cū nō ab homie. de sen. excō. qd videtur dicere cōtrariū. respondetur q intelligiť quando scit per aliā viam in secreto q̄ per ɔfessionē. Scot9 tamen vbi. s. tenet q debet eū vitare si potest sine pditione eius excōicationis. Si pō hoc nō pōt facere q̄n eum pdat: nō teneť. imo teneť nō vitare: q2 fortiori vinculo ligať ad celandū / scz p legē nature / diuinā / et ecclesiasticā q̄ ad vitandū excōicatū. ¶ Octauū dubiū. Si sacerdos scit p ɔfessionē q aliquis dormiuit cū muliere in ecclesia. an possit hoc reuelare epo. Solu. q nō. nisi in genere: dicēdo: talis eccl'ia est polluta / ⁊ indiget recōciliatiōe. ar. c. sigificasti. de adul. ⁊. c. si sacerdos. de offi. ordi. ⁊ hoc tuti9 est. lz q̄dā teneāt q nec ēt in gñe dbeat reuelare. qd vex credo

quando est oīno occultū. ita ꝙ ecclesia non est de hoc infamata. qꝛ sic nō indiget recōciliatiōe. Et sacerdos qui solus scit vt deꝰ potest ibi salua cōscīa celebrare. ar. c. cū non ab hoīe. ꝺ sen. excō. ¶ Nonū dubiū est. Si p̄latus sciret subditum suū ꝑ confessionē male vti officio suo: an posset eū remouere? Solutio ſm Rich. et Scotuȝ vbi s̄. ꝙ nō. qꝛ aliȷ̄ sciētes ꝙ ille ab officio remotꝰ est ꝓ sua ꝯfessione: ꝓniores redderent̄ vt nō cōfiterentur ꝟitatē. Et ille idē minus reuerebit̄ cōfessioneȝ et ꝓnioꝛ erit ad pctōꝝ suoꝝ celationē. Et ponit sctūs Tho. exemplū de abbate q̄ scit in cōfessione p̄oꝛē suum male vti officio dicēs ꝙ in illo casu debet eum admonere vt prioꝛatū resignet. vel si noluerit potest et aliqua alia occasione eum a cura p̄oratus absoluere. ita tamē ꝙ oīs suspicio deuitet̄ de reuelatiōe cōfessionis. Sȝ ego credo istud verū nisi qn̄ talis subditꝰ ꝯfiteret̄ peccatū a q̊ nō vult desistere: et quod ꝑgit in ꝑicl'm alioꝝ. qꝛ tūc credo ꝙ possit eum officio p̄uare. qn̄ ad libitū ipsius spectat amouere vel confirmare. ¶ Decimum dubiū. Quid de p̄sbytero q̊ scit in cōfessione ipedimētū in mr̄imonio contrahēdo. vel officialis in ꝓmouēdo et ꝑ eū p̄sentādo. Sol'. ꝙ secreto dȝ eos monere vt desistāt. ꝙ si ꝯhunt bn̄dicat nuptias. Si petit ꝙ p̄sentet ordinando: p̄sentet qn̄ aliter facere non p̄ōt sine manifestatiōe ꝯfessiōis. Facit qꝺ no. gl. et doctores in. c. vnico. de scruti. in ordi. facien. Ratio. qꝛ etiā si diceret nō sibi crederet̄ nisi q̄tenus posset ꝓbare. ⁊ sic frustra faceret ¶ Undecimū dubiuȝ est si aliq̊s sacerdos ꝑ cōfessionē alicuiꝰ quē audit scit ꝙ ille prelatiōe sit indignus: debet consentire eiꝰ electioni. quia si consentit videtur peccare mortaliter cōsentiēdo indigno Si cōtradicit: videt̄ cōtradicēdo suspicioneȝ inducere de peccato. Et sic videt̄ reuelare confessionē qꝺ nunꝙ̄ in aliq̊ casu licet. Solu. Sā. Tho. vbi. s̄. dicit ꝙ ex multis aliȷ̄s causis aliquis indignꝰ redditur ad p̄lationis officiū ꝙ̄ ex peccato. sicut est defectus sciētie vel etatis. Et ideo qui ꝯdicit electiōi. nec suspicioneȝ de crīe facit. nec cōfessionē reuelat. sed ꝯdicit promotioni indignoꝝ sicut sua iterest ¶ Duodecimū dubiū est. Quid si aliquis sentiēs ꝙ episcopꝰ vult contra eum inquirere de crimine vt eum puniat: cōfitetur episcopo illud: per hoc volens euadere correctionem. nunquid episcopus tenetur illud celare. Solutio. Hoc casu catus sit episcopus: ⁊ dicat. hoc peccatum nō recipio ꝑ modū confessionis: cum de ipso publice sis infamatus. nō tamen debet absolutionem denegare. quia ip̄a nō obstante poterit contra ipsum inquirere ⁊ punire ſm Inno. et no. in. c. de hiȷ̄s. de accusa. xx. ciij. q. ij c. admonere. Uel p̄ōt dici ꝙ etiaȝ si episcopus non protestetur ꝙ nō recipit crimen per modum cōfessionis in casu predicto. nihilominus potest illud audire vt confessor: ⁊ vltra hoc tanꝙ̄ iudex procedere ad correctioneȝ eius qui delictum commisit: nō habito respectu ad illam confessionem. Nā absolutio fori penitētialis alicui impensa non excludit processum iudicialem. immo quis accusari potest ⁊ puniri de crimine de q̊ egit penitentiam in foro anime. vt notatur in dictis iuribus allegatis. Sed si pctm̄ eēt omnino occultū: tunc esto ꝙ episcopus sciret deberet confessionem recipere ⁊ in cōfessione tenere. nec contra euȝ inquirat ſm Hostien. Idem Archidia. in. c. sacerdos. de peni. distin.

Officio priuare non dȝ prelatꝰ subditū quando per confessionē tm̄ illuȝ scit male versari in eo.

Officio indignꝰ ex multis causis quis reddit̄.

Fur q̄ ꝯfitēdo surripuit pecuniā con fessoris poterit reuelari.

vj. ¶ Tredecimū dubiū est. Fur cōfitendo furatur: quia abscindit presbytero bursam. nūquid cōfessor poterit reuelare hoc pctm̄ in cōfessione commissum? Solutio. Aut ille fur illud idem cōfitetur/ aut nō. si nō: presbyter poterit reuelare, siue in ipso actu furem deprehēdat/ siue postea pcipiat dū videt bursam abscissam: qz non reuelat cōfessionem sed crimen qd al's q̄ per cōfessionē sibi constat. qd potest cū necessitas subest: vt dictū est supra. Si primo modo: vt qz dicit. Dn̄e ego furor. Idem est dicendū: quia nō reuelat confessionē sed delictū. hoc enim scit et percepit al's q̄ per cōfessionē: etiam si nesciuisset/ vel non perpēdisset nisi ille hoc confessus fuisset. Idem videtur posse dici si postq̄ fur furatus erat eodem cōtextu anteq̄ absoluatur confiteatur dicens. Domine adhuc plus scio: quia furatus sum iam vobis istam pecuniam ꝛ ad hoc veni. qz que in continenti fiunt inesse videntur. l. lecta. §. dicebam. ff. si certum petatur. notatur. ij. q. iij. §. notandum secundo. super verbo abssoluto. Sed in hoc forte melius dicendum est q̄ idem ac si prius extra confessionem furatus esset. vt quia diceret. Domine al'as furatus fui vobis aucas. qz nullo modo prodere poterit presbyter: sed poterit in genere cōtra tales predicare. et eos post gn̄alē monitionem in genere excommunicare. De hoc in. c. si sacerdos. de offic. ordina. c. a nobis. de sentē. excom. de cōstitu. ca. ij. lib. j. Poterit etiam dicere in specie. priusq̄ audirem confessionem tuam bursam habui et anteq̄ a me recederes sensi eam me non habere. si tu abscidisti: peto q̄ reddas. salua etiam cautela. ca. ij. de homicidi. lib. vj. Sed caueat q̄ non dicat se hoc in confessione audiuisse.

Confessionis sigillum qd comprehendit.

¶ Decimumquartum dubiū est. Quid cadit sub sigillo confessionis. Solutio. qd directe se extendit ad oīa q̄ cadunt sub sacramentali confessione. vt sunt pctā. Indirecte ꝟo cadunt oīa illa per q̄ deprehēdi pōt pctm̄ vl' peccator. Unde s'm Richar. vbi. s̄. Quicquid per se vel per accidens directe vel indirecte posset verecundiam vel confusionem vel malam suspitionem vel aliquod aliud nocumentum generare penitenti ex peccato confesso: cadit sub isto sigillo. Unde locus/ ꝛ temp9/ ac psona/ cum qua penitēs confitet' se peccasse. ꝛ similia ex quib9 potest deueniri in noticiā pcti cōfessi nō simpl'r sed sub relatione ad psonā q̄ ipm est confessa cadit sub isto sigillo. Qz aūt reuelatio tpis et loci pōt cooperari ad gn̄andam malam opionem de illo qui confessus est: probat'. qz si quidam canonic9 sciens famulū suū et nullum alium intrasse camerā suam hora none, et ille hora ista furet' dn̄i ciphum, post multos autem dies dn̄s perpendat ciphum suū esse pditum. si cōfessor illius furis vsq̄ ad annum vel duos diceret ciphum tal' dn̄i fuisse acceptū a famlo suo tali die. Similiter dicendū est de psona cū qua quis peccauit q̄ cadit sub sigillo cōfessionis: siue penitens potuerit suū peccatum cōfiteri sine expssione illi9 psone/ siue nō. Qd pbat Richard. vbi. s̄. tribus rationib9. Primo. cum penitētia sit sacramētū: sacerdos tenetur celare omne illud quod est necessariū ad integritatem sacramenti. sed penitens aliquando nō potest sufficienter exprimere peccatū suū nisi notificando personā cum qua peccauit. vt dictum est supra. ergo ꝛc̄. Secūdo sacerdos tenetur celare omne illud in con-

fessione sibi dictū ꝑ quod cōfitēs
possit prodi vel mala suspitio ge-
nerari in cordib⁹ aliorū de illo. s;
qn̄qꝫ detegēdo personā cū q̄ peni
tēs peccauit ꝓderet cōfitēs.q2 si
detegeret filiā cōcubuisse cū p̄re
ꝓderet pater q̇ cōfess⁹ est ꝯcubu
isse cū ea.igit ꝛc̄. Tertio nō est li-
citū facere quod sit occasio retra-
hendi hoīes ab actu ad salutē ne-
cessario.sed reuelatio ꝑsone cu; q̄
penitēs cōfitetur se peccasse esset
occasio retrahendi homines a cō
fessione q2 nō tm̄ retrahitur aliq̄s
a re aliq̄ ꝓpter timorē lesionis fa
me ꝓprie sed ēt ꝑsone sibi ꝯiūcte
viculo amicicie.ergo ꝛc̄. ¶ Qui
tūdecimū dubiū. vtrum cōfessor
dicens aliquem sibi confessum de
suis pctīs sit reuelator cōfessiōis
Solutio ꝭm Richar. vbi.s̄.ꝙ nō.
q2 nihil occultū manifestat sed so
lum manifestū qđ scit extra cōfes
sionē:q2 si dixerim⁹ ꝙ pctm̄ nō ha
bem⁹ ip̄i nos seducim⁹ ꝛc̄.j. Joh.
j. Quidā etiā dicunt ꝙ dicere ta
lia ṽba.s. hoc pctm̄ audiui in con
fessione quod est pctm̄ mortale.et
satis ad hoc videt̄ facere textus
dicti.c.om̄is.sed ego hoc non cre-
do.Et est ṽius ꝭm Sco.vbi.s̄.ni-
si ꝑ tale deueniat̄ in noticiam ꝑso
ne q̄ ip̄m cōmisit. ꝑicłosum tn̄ est
talia dicere. ¶ Sextūdecimū du
bium est. Quid si aliquis in cōfes
sione reuelet đbita credita vł de-
posita et postea fit publica inqui-
sitio de ill̄. Solutio Si quis hoc
modo reuelat sacerdoti id quod
habuit per furtum vel alias cum
peccato.sacerdos tenetur celare.
Sivero absolute dixit ea que de-
bet vel sibi debentur et sub sigillo
confessionis: non debet recipere.
Sed si recipiat ꝛ fiat inquisitio ꝑ
episcopum vel aliu; qui habet su-
per hoc potestatem:tenetur veri-
tatem dicere. quia qui sic recipit
de hoc casu non cogitauit vel si co
gitasset et promisisset seu etiā iu-
rasset nō reuelare:illicitū esset ꝓ-
missum vel iuramentū. nec obser-
uandū in p̄iudiciū iur; alieni. Se
cus si inique et per tirannidē req̄
reretur q2 tunc subterfugere de-
bet tacendo vel sophistice loquē-
do. ¶ Septimūdecimu; dubiū.
vtrum confessori super confessio-
ne credat̄ simpliciter ṽbo sine iu-
ramento. Inno. dicit ꝙ sic.q2 ge-
rit vicem dei.de offi.ordi.si sacer
dos. Nā sicut a deo non exigeret̄
iuramentum:ita nec ab eius vica
rio. Dicit tamen Hostiē. aliquos
dicere contrariū. quia licet in fo-
ro confessionis gerat vicē dei. In
ꝯtentioso ṽo in q̊ ꝓducit̄ in teste;
secus. Ad hoc de testi. nup. Jo.ā
dicit ꝙ p̄mū equi⁹. secūdū ṽius.
Quod pl; Panor. c. testimoniū.
de test. Et ex h° notat casum in q̊
credit̄ vni testi. Et hoc ꝓpter q̄li-
tatē facti q2 ꝯfessio fit in secreto.
¶ Secundo.confessio debet esse
occulta q̄tum ad cōfessionē inci-
dēter audientes. Ad cuius decla
rationē primū dubiū est. Si ali⁹
in cōfessione audiens a proposito
vel a casu teneat̄ illa celare. So-
lutio. Richar.in q̄rto.dist.xxj.di-
cit ꝙ sic audiens pctā cōfitentis
ignorantis ꝙ illā alius a confesso
re audiat:tenet̄ illa celare ex iu-
re nature/iure diuino/et iure po-
sitiuo. Primū probat̄ sic. Natu-
rale iudiciū rationis dictat ꝙ ho
mo faciat alij qđ sibi vellet fieri
in casu cōsilij:vt habet̄ dist.j.c.j.
Sed q̇libet homo debet velle vt
si a casu/vel a ꝓposito alius a cō-
fessore audiat pctā eius dū confi
tetur ꝙ celaret ea:q2 quilibet de
bet celare ꝓ conseruatione fame
proprie:ergo q̇libet peccata ꝓxi-
mi audiēdo dū cōfitet̄:tenet̄ illa
celare. Scđo probat̄ sic. Matth.
xviij. Si peccauerit in te frater
tuus:vade corripe eū inter te et

Confes-
sionē nō
reuelat
q̇ dicit
aliquē
sibi fuis
se cōfes
sum de
peccat;
suis.

Testi
vni qn̄,
qꝫ credi
tur.

Cōfes-
sionē in
cidēter
audiēs
tenet̄ il
lā cela-
re.

ipsum solū. Sed homo cū cōfitet corrigit se / aut ad correctionem disponit: ergo quicūqꝫ sit ille qui peccata illius reuelat / directe facit cōtra illud ius ꝓxime allegatum. Tertio ꝓbat sic. in. c. qualiter et qn̄. ij. et. c. si quis eps̄. de accusa. glo. sup verbo charitatiue. ⁊ in. c. sacro. de sen. excō. ⁊. c. nouit. de iudi. et de symo. c. licet. ⁊. c. dilecti. xxi. q. i. c. si peccauerit. xvi. q. i. c. quidā. ⁊. xxiiij. q. iij. c. illicita. In omībus hijs habetur ꝙ denūciationē debet precedere charitatiua admonitio. Frustra aūt precederet si correptus per charitatiuā admonitionē / et secretā postea publicare licite posset. Cū ergo homo per cōfessionē secrete corrigatur / aut ad correctionem disponat: nulli qualitercūqꝫ pctā alteri⁹ audiat licitū est reuelare. Nam illud preceptū datū de celando peccata cōfitentis. vt in. c. omīs. datū est in fauorē confessionis ⁊ cōfitentis. Sed si ingerenti se super cōfitentē / et audiēti peccata ei⁹ liceret reuelare: hoc esset in preiudiciū / ⁊ cōtra fauorē cōfitentis: qꝛ posset cōfitens infamari / et sic multi retraherētur a tanto bono. Idem dicēdū si qs in casu reperiat cedulā aliquā in qua pro memoriali ad cōfitendum aliquis sua peccata cōscripsit: quia talis nec huiusmodi cedulā legere / nec lrām publicare: aut cuiꝗ̄ referre debet. ff. quēadmodū testa. aperi. l. ij. §. si dubitet. Sed inuētor talis cedule debet eā lacerare: sicut al's dicit de libello famoso. vt. C. de libel. famo. l. si qs. ⁊ est in vnica canonisata. vj. q. i. c. si qs famosum. Est autē libellus famosus carta occulte ꝯfecta ad ignominiā / vel dehonestatē alicuius persone: qꝛ talis visa et repta dilaniari debet. Idem dicēdum ꝙ non sacerdotes qui sunt interpretes confitētis tenentur celare ꝑm Richar. et Scotum: rationib⁹ predictis. ⁊ etiam quia interpres et sacerdos ꝓ vna ꝑsona reputant. Ideꝫ dicēdū de laico cui aliquis in necessitate cōstitutus confitetur in foro penitētie: quia talis celare tenet. et ꝑm Io. an. ꝗuis talis laicus claues nō habeat: in hoc tn̄ minister dei est. ⁊ in hoc debꝫ celare pctā. nec ad testificanduꝫ debet cogi. sicut nec sacerdos. qꝛ eadē ratio est ꝑꝫ Inno. Si tn̄ talis peccatorē prodat: nō habet locū pena. c. nostri. cū sacerdos non sit. Erit ergo pena arbitraria. c. de causis. de off. dele. ¶ Aliud dubiū est. Utrū ille cui cōfessor reuelauit cōfessionem alicui⁹ teneatur celare illā si sciat ꝙ iste qui hoc sibi dixit nesciat illud nisi per confessionem. Solutio. Dicēdum ꝙ sic. Qd̓ ꝓbat tripliciter. Primo sic. Quicquid homo scit per confessionem sacramētalem / siue mediate / siue immediate celare tenetur: ꝗuis ad celandū magis obligetur ille qui hoc scit per ꝯfessionem immediate ꝗ̄ ille qui scit per confessionem mediate. Sed ille cui confessor reuelauit ꝯfessionē scit peccata cōfitentis per eam mediate. ergo illa tenetur celare. Secundo sic. Ille qui iuuat ad promouendum crimen qd̓ alius inchoauit: participat cū eo in crimine. Sed ille qui confessionem reuelat diffamationem penitentis inchoat. Ille autem cui cōfessio reuelata est si vlterius eādem confessionē manifestat: promouet diffamationem ipsius penitentis. ergo tenetur eam celare: quia tenetur non participare in crimīe. Tertio sic reuelans alicui confessionem de facto dat illi potestatem vt loqui possit alijs de peccatis penitentis cuius cōfessionem reuelauit.

Libell⁹ famos⁹ si reperiat est lacerandus.

Confessionis īterpres illā celare dꝫ.

Sed illā potestatē quaʒ contulit
de facto/ de iure cōferre nō potu
it. Cū igiꝰ nulli licitū sit vti ptāte
sibi ꝯcessa ab aliq̄ de facto qui eā
sibi dare nō potuit de iure. sequiꝰ
ꝙ ille cui illa ꝯfessio reuelata est
vlteriꝰ nō loqui poterit de illa. vñ
ꝑlato ꝑcipiēti sibi vt dicat ei si scit
aliqd̄ malū de illa ꝑsona cuiꝰ con=
fessio sibi reuelata est: non debʒ si
bi dicere quod sibi dictū est a con
fessionis reuelatore. Est tñ ꝟum
ꝙ non haberet locuʒ pena. c. huiꝰ
si q̄s reuelaret in hoc casu. etiaʒ si
esset sacerdos. Et hoc ꝓpter ver=
buʒ. sibi: in textu positū. et in ꝑce=
dentibꝰ casibus tactū est. Tertio
cōfessio debʒ esse occulta quo ad
ip̄os cōfitētes vt nō reuelent ea q̄
ꝑ sua salute in confessione vel di=
cta vel imposita sunt ex quorū re=
uelatione scādalū orieꝰ. De pnia
aūt penitēti iposita dicit Richa.
vbi supra. ꝙ aut penitens manife
stando penitentiaʒ sibi iniunctā a
confessore: faceret preiudiciū cō=
fessori. quia forte talē iniunxit pe=
nitentiam: pro qua si sciretur eam
iniunxisse incurreret alicuius vel
aliquorum maliuolentiam. vtpu=
ta quia iniunxit mulieri vt absti=
neret a familiaritate alicuius vi=
ri: cuius familiaritas erat castita
ti ꝑiculosa. vel aliquod aliud iniū
xit ꝑ quo aliqui moucrenꝰ cōtra
confessorem si hoc scirent. Aut pe
nitens manifestando suaʒ penitē=
tiam: nec fame proprie nec confes
sori nec alicui ꝑiudicium gn̄aret.
In prio casu tenetur penitēs suā
pn̄iam celare. q̄libet eni teneꝰ suā
famam scienter nō ledere sine ali=
qua vtilitate. iuxta illud Ecclesi.
xlj. Curam habe de bono nomine
In casu etiaʒ secundo tenetur eā
celare. Si enim illud quod cōfes=
sor sibi iniungit seu consulit bona
fide pro salute anime sue et secre=
to alij reuelaret in preiudiciū cō=
fessoris crimē ꝓditionis incurre=
ret et sigilli secreti fractioneʒ. In
tertio aūt casu nō tenetur celare/
nec teneꝰ dicē. sʒ de hoc irrepħē=
sibiliter potest facere quod istorū
duorum magis placuerit. ¶ Ter
tium dubiū est. vtrū eadem sit ra=
tio de sigillo confessionis et sigil=
lo secreti. Soluti. Licet sigillū se
creti et sigillū cōfessionis se habe
ant ꝟm inferius et supius. qꝛ om̄e
sigillum confessionis est sigillū se=
creti. et nō ecōuerso. tamē non est
eadē ratio de vno sicut de alio. ve
rum est ꝙ peccat mortaliter fran
gens quodlibʒ istoꝝ sigilloꝝ. Un=
de tenet Scotus vbi. s̄. ꝙ siue ille
qui alicui aliquid dicit exprimat
ꝙ ea diꝰ sub sigillo secreti siue nō
tenetur celare: dūmodo intelligit
ꝙ sub secreto ei dicit. et addit Ri
chaꝰ. ꝙ si reuelat: crimē proditio=
nis incurrit. limito tamen ꝟm Bo
naueñ. e. dis. vex/ ꝙ nullo modo li
cet reuelare sigilluʒ secreti nisi in
duobꝰ casibꝰ. Primꝰ qñ ꝟitas id
exigit: puta qꝛ vergit in periculū
aliorū. Secundus qñ obedientia
cogit ad reuelandū. vnde contra
ista duo ⁊ iuramētū ⁊ ꝓmissio nō
valēt. Unde dicit Panor. in. d. c.
omnis. ꝙ si taꝉ assumitur in testē:
tenetur reuelare: Quis sub sigillo
secreti sit ei dictū. non tamē tene=
tur denunciare. qꝛ aliud est testi=
moniū dicere. aliud denunciare.
Nam denunciare non tenetur q̄s
quod ꝓbare nō potest. vj. q. ij. pla
cuit. ij. q. j. si peccauerit. ⁊. ij. q. vij
c. plerisq;. Hen. tamē de Gan. ix.
quolibeto dicit ꝙ subditꝰ qui re=
cipit aliquid sub secreto nō ꝟgēs
in damnum cuiusq;. non tenetur
reuelare etiam prelato precipien
ti vt reuelet. Et ꝟm hꝰ limito Bo=
nauentu. vt intelligatur teneri ex
obedientia quādo prelatus vult
scire quod potest credere in detri
mentuʒ religionis aut alteriꝰ. alꝰs

Confessio debʒ esse occulta ēt quo ad confitētes.

Sigillū confessionis ⁊ sigillum secreti an sint eiusdeʒ rōnis.

Sigillum secreti potest in duobus casibus reuelari.

non. Sigillum vero confessionis nullo modo licet reuelare nisi fm quod dictum est supra. reuelatio enim eius multum displicet deo. Quod patet per exemplu3 quod legitur in miracul' beatissime virginis de illa muliere que occiderat generum suum et confessa cuidam sacedoti: orta lite inter ipsa3 et sacerdotem: homicidiu3 generi sui a sacerdote eide3 irrogatū est: quod cum ad parentū iuuenis noticiā deuenisset: adducitur ad iudicem et igni cōburenda traditur. Que flens beate virgini se cōmēdauit. Igni igitur iniecta stetit in medio illesa. Amplius ignem succendentes nihil profecerunt. Lāceis ergo et hastis ea3 impellebāt. tunc iudex vehemēter obstupuit: et diligenter eam considerans: nullum in ea signū incendij preter sola vulnera lācearum inuenit. Ducta igitur domi balneis et fomētis recreata est. post triduu3 in laudibus beate virginis perseuerās ad dominū migrauit. Et per hec sit hoc capitulum aliqualiter declaratum.

Exemplū valde notabile.

## De missis audiendis. Capitulum. v.



Quito ius parrochiale consistit in hoc q̄ i diebus dominicis et festiuis popul9 audiat missam in sua proch: ali ecclesia. ¶ Ad cui9 euidentiā q̄ro. Utrum quilibet prochianus sub pena peccati mortalis ad audientiam misse in sua parrochia dieb9 dñicis et festiuis sit astrictus. Solutio. Non audire missam diebus dominicis et festiuis i ecclesia sua parrochiali potest esse peccatum mortale. aliquando veniale. aliqñ nullū. Tūc eñi ē pctm̄ mortale q̄ñ omittit hoc ex cōtemptu vero vl' interpretatiuo. Et voco contemptum interpretatiuum quando si ne causa legitima alibi audit. et p̄sumitur contemptus si non habet licentiam a proprio sacerdote vel non habet causam legitimam. tūc enim peccat mortaliter. quia contemnit et contra preceptum superioris et iuris venit. vt notant docto. in. c. vt dominicis. de parrochijs. et alie. parrochia. Et admittentes alienū parrochianū in casu predicto ɔmittūt fm doc. quodāmodo furtum vel rapinam. et tenētur restituere omes oblationes ab eo p̄ceptas. Tūc aūt est peccatum veniale cu3 alibi audit: nō ex aliqua causa omnino legitima sed ex aliqua mentis infirmitate vel ex aliqua passione qua mouetur cōtra plebanū. vel ex aliqua pigritia. q2 forte ecclesia alia est vicinior. vel ex aliquo alio zelo nō vndequaq3 bono. Demum autem nullū ē peccatum si ex causa legitima contēneret p̄prium sacerdotem. puta q2 est notori9 peccator: fornicator. vl' excōicatus. tunc enim non peccaret: quia hoc casu non est proprie contemptus sed iuris autoritate facit. ar. c. preter. et. c. null9. xxxij. distin. et i. c. vestra. de cohabi. cle. et muli. vel ex aliqua alia causa legitima audit alibi. puta propt' nimiam distantiam loci vel insecuritatem vie vel insidias hostium et c. Uel ex aliquo bono zelo alibi audit. puta audit apud fratres mēdicantes. quia deuotius et frequētius ibi celebratur tunc enim non peccat fm doctores. ¶ Honestum tam: n est et q̄ necessariu3 vt in precipuis festiuitatibus: scilic3 in pasch a: p: nthecostes: natiuitatis et similibus. audiantur diuina in p̄pria parrochia. Pro quo est bonus text9 in. c. si quis extra. de consecra. distin. j. Concludo finaliter q̄ cum parrochianis i sacris

Missa3 audire i sua parrochiali eccl'ia diebus dñicis et fest; an sit de p̄cepto.

canonibꝰ p̄cipiatur audire missaʒ
diebus festiuis in propria parro-
chia. nullibi tamen precipitur ꝙ
audiat in aliena ecclesia. Similit
cuʒ audire missā alibi pōt fieri cū
peccato mortali aut veniali. audi
re autem missam in propria parro
chia ceteris paribus q̄ntū ad hoc
nullum est peccatum. Qȝ semper
securius ⁊ tutius est audire missā
in propria parrochia q̄ȝ alibi patȝ
ex dictis. Puto tamē ꝙ ad eccle-
siam cathedralē posset licite ppl's
ꝯuenire. qȝ ep̄s est curatus oīm ꝺ
dyocesi/et omnes de diocesi cen-
sentur ꝓchiani eccl'ie cathedra
lis. vt in.c.j.de offi.archid.⁊ in.c.
offm̄.ꝺ offi.archip̄sb. vbi habes ꝙ
ibi pn̄t recipe ecclesiastica sacra-
mēta. igit etiā ibi possunt audire
missā. Scd'm dubium vtrū quili-
bet teneatur audire missam. So-
lutio s'm Hostiē. Die dn̄ico quili-
bet tenetur audire missam ex p̄ce
pto:⁊ totaʒ:ita ꝙ accipiat benedi
ctionem sacerdotis. de cōse. dist.i.
j. missas.⁊.c.seq̄n.⁊.c.omnes fide-
les. nisi excusentur magna necessi
tate. et nō solum omnes fideles tā
laici q̄ȝ clerici tenent audire mis-
sam diebus dn̄icis. verūetiā alijs
diebus festiuis ⁊ precepto eccle-
sie. Ratio est. quia vbi est eadem
ratio: ibi debet esse idem ius. Ra-
tio autem quare fuit hoc statutuʒ
scilicʒ de auditu misse: videtur fu
isse: vt saltem in hoc modico tem-
pore vacetur diuinis. Sʒ nō alia
de causa fuerūt addita alia festa
ad dies dn̄icos sub precepto nisi
vt vacetur diuinis. ergo videt ꝙ
iste modus determinatus ꝑ eccle
siam in vacādo diuinis die dn̄ico
per auditionem misse debet extē
di etiam ad alia festa. Alijs auteʒ
tp̄ibus nullus etiam religiosꝰ vel
clericus tenetur audire missaʒ de
precepto. Nec obstat.c.solet.ꝺ cō
secra. distin.j. quod videtur velle

Missaʒ an quilibet teneatur audire.

ꝙ in quadragesima quis non dica
tur ieiunare nisi audita missa. q̄a
dico ꝙ illud.c. loquitur de ꝯsilio.
vel si est p̄ceptum: abrogatum est
per contrariā consuetudinē. Ep̄s
ꝓo nisi causa rōnabilis eum impe
diat debet omni die legere aut au
dire missam. vt in.c.fina. de ꝑuil.
lib.vi. Et debet saltem diebꝰ dn̄i-
cis [illegible] in sua ecclesia de cōse. di.
iij.c.e[illegible]. Tertiū dubium. q̄ missa
est i precepto: an propria diei aut
quecūqȝ alia. Solutio. Non missa
peculiaris seu missa priuata est in
precepto sed missa magna ⁊ publi
ca diei. vt in.c.⁊ hoc attendendū.
de conse. di.j. vbi dicitur ꝙ misse
peculiares debēt ita dici in illis
diebus in locis secretis vt populꝰ
non abstrahatur ab audiendo mis
sam solennē. Ad hoc etiaʒ est tex.
in.c.quidam. de cele.mis. vbi ꝓhi
betur auditio missaꝝ peculiariuʒ
die dn̄ico aut festiuo ⁊ sic teneris
audire missam ꝓpam de tempore
Archi.aūt florēn̄. dicit ꝙ nō tene-
tur quis ex necessitate ad propriā
missam. quia nec dictū.c. missas.
hoc dicit. sed indisticte loquitur.
Sed audire debet ꝓpam ex con-
gruitate. Et s'm hanc cōgruentiā
loquitur .c.j. de celeb. mis. Neqȝ
enim mulierculevel ydiote scirēt
discernere si est missa propria vel
alia. ⁊ nimis onerosū esset ꝙ vnus-
quisqȝ deberet interrogare si essʒ
missa propria vel alia. Et in mul-
tis ecclesijs eodem die occurrūt
plures misse dicende. vtputa de
octaua alicuius sācti. ⁊ de dn̄ica
que occurrit. Utrum auteʒ sit ne-
cessariū sensim ⁊ distincte audire
verba misse? dubiū facit. quia in
c. missas. dicitur ꝙ ꝺbeat audire
⁊c. Dicit Archi. florēn̄. ꝙ non ē ne
cesse. nam tunc sequeretur hoc in
conueniens ꝙ qui audirent missā
ab hijs qui submisse dicūt cū mul
titudo populi adesset si remoti es-

Missa ꝓpa diei an sit de p̄cepto vel alia.

sent non implerent ꝑceptum. Si-
militer qui surdi sunt vel ebetē au
ditum habent non implerent pre-
ceptum. Intentio ergo ecclesie in
illo decreto est ꝙ presens sit i mis-
sa ꝛ vacet. Si aūt intelligens est:
dignū ꝛ iustum est vt intendat et
conetur intelligere que dicuntur
in missa. Quid autem de eo q̄ ne-
gligit aliquā ꝑtem misse puta in-
troitum. Respondet Archi. quod
modicū est pro nihilo reputatur.
Secus autem est si dimitteret no
tabilem ꝑtem puta medietatē vel
tertiam partem. Seruitores aūt
ꝛ ministri misse qui discurrūt hic
inde pro hijs que expediunt. vt in
missis solēnibus pro thure: vino: ꝛ
hmōi intelligendi sunt adesse ꝓ il
lo tpe. Quartū dubiū. que dicen
da est necessitas q̄ excusat ab au-
ditione misse. Solutio ſm Arch.
A transgressione huius mandati
excusat necessitas. Unde infirmi
qui nō possunt sine periculo exire
ad audiēdum excusantur. Idem
in hijs qui seruiunt illis. Similit
habentes paruulos quos non pos
sunt congruēter dimittere sine ꝑi
culo. ar. in. c. qd nō est. de reg. iur.
Silr q̄ aliqd arduū et iustū nego-
cium haberent facere ꝛ audiēdo
missam impedirent: vident excu-
sari; Officiales qui ratione officij
non possunt exire vt castellani et
alij seruientes dn̄is vidētur excu
sari. Dn̄i etiam ꝛ consiliarij q̄ tem
pore misse super vrgentibus cau-
sis occupati sunt videntur excusa
ri. Puelle nubiles q̄ scȝ volūt nu-
bere videntur excusari si earū pa
rentes non ꝑmittunt: ignorantes
tale ꝑceptum vel facientes quod
in se est vt vadāt. nō enim esset de
cens vt sole irent. parentes autē
inducendi sunt ad mittendū. Si
aūt nolunt excusantes ꝛ allegan-
tes consuetudinē in contrariū qꝛ
sic solent stare quasi clause in do-

Missaȝ audire non ē de ꝑcepto quando necessitas excusat

mo ob honestatē: videtur toleran-
dū ar. c. fi. de cōsue. nisi parentes
ad choreas ꝛ huiusmodi dimitte-
rent eas. quia tunc nō excusarent
vel qn̄ ꝑmittunt eas morari i vijs
vel ad fenestras vt videantur. Ui
due diu stātes rōne viduitatis vt
quasi ꝓ honore mariti nō vidētur
bene posse excusari. vt in. c. cōsue
tudo. viij. dist. nisi forte ꝑ breue tē
pus. vt vni9 hebdomade vel mēsis.
Coniugate q̄ nō possūt sine ma-
gno scādalo viroꝝ. qꝛ. s. cū hoc nō
possunt ita bn̄ ꝑparare necessaria
familie videntur posse excusari.
xxxij. q. v. noluit. Secus si mariti
facerent studiose ad impediendū
eas a bono. Patroni tn̄ ꝛ patrone
debēt sic ordinare iuxta posse de
famlis ꝛ famulab9 suis vt audiāt
missā in festis. Un̄ dicit Petr9 de
palu. ꝙ ab hoc ꝑcepto nō serui plus
q̄ dn̄i. vno seruus ꝛ ancilla ita de-
bent vacare ꝛ quiescere deo sicut
dn̄i. Tenent etiā filios iducere a
hoc. Tenent etiā oēs audire mis-
sam qui habēt vsū rōnis. ſm Pe.
de palu. qd intelligo qn̄ sciunt vel
scire cōmode possūt. Itinerantes
etiā ſm Archi. floren̄. nō excusan
tur ab hoc precepto. si cōmode au
dire possūt. als secus. puta aliqs
est in societate alioꝝ qui nolūt ex-
pectare missam: ꝛ sine societate il
la nō pōt iter facere. vel quia igno-
rat viam. vel quia difficilis ꝛ peri
culola. vel quia nō est tuta a latro
nibus. vel quia ab illis habȝ expē
sas. ꝛ hmōi excusat ab auditione
misse ſm eum. Uide tn̄ ad ꝑdicta
qd notat Richar. āgli. i qtlibeto.
ꝛ Asten̄. li. iiij. ti. xvj. vbi distiguit
ꝙ secularibus non audire missam
in dominica aliquando est pecca-
tū mortale/ aliquādo veniale/ ali
quando nullum. Tunc est pecca-
tum mortale quādo quis omittit
ex cōtemptu vero vel interptiuo.
Uoco aūt contemptum interpta-

Uidue ꝛ coniugate an possint excusari a missarū auditione

tiuum qñ sine causa legitima mis-
sam non audire in diebus domini
cis assuescit. Causam autē legiti-
mam voco: quādo corpali infirmi
tate detinet᷑ vel inimicorū timore
vel aliquo simili qđ ꝑm rectuꝫ iu-
diciū excusatio legitima debet re
putari. Et talis nō audiēs missaꝫ
ex contēptu ꝑo vel interpꝛatiuo
ab epō debet confundi. dicto. ca.
missas. et etiaꝫ peccat mortaliter
Quod patet. qꝛ talis dꝫ excōmu-
nicari. de conse. di. j. qui die. Tūc
autem est pctm̄ veniale cū omit-
tit nō ex legitima cā ſꝫ ex aliqua
mētis infirmitate. sicut ex aliqua
passione vel ex aliq̄ pigricia si ta-
mē ad hoc nō fuerit assuet⁹. Tūc
autē nullū est pctm̄ cū omittit ex
aliq̄ cā legitima. Ex pdictis patꝫ
quid sit dicēdū ꝺ illis paupculis
mulierib⁹ q̄ aliqñ nō habent vela
mia aut alia necessaria ad corpis
tegumētū. tū ob pauptatē. tū qa
marit⁹ ea impignorauit. vl' hmōi.
q̄ si irent ad eccl'iam sine cōsuetis
vestib⁹ deriderent᷑ ab alijs. Hoc
dico: in locꝫ vbi mulieres assuete
sunt portare vestes et hmōi: tales
vidētur excusari a pctō mortali.
Idē dic in silib⁹ casib⁹. ¶ Quin-
tum dubium est. An quis teneat᷑
etiam ex precepto audire verbuꝫ
dei. et quādo. Et secundo. An qs
omittendo id est nō audiēdo pec-
cet. Et si sic. an mortaliter / aut ve
nialiter. Solutio. Dicēdum ꝙ in
ter audire missam / et audire ser-
monem q̄tum ad preceptū eccle
sie est differētia. Nam audire ser-
monē nō est per omnia hijs dieb⁹
in precepto ecclesie: sicut dictum
est de missa: immo nō reperit᷑ ex-
presse preceptū ab eccl'ia quādo
quis teneatur audire sermonem.
Sed dicūt doctores ꝙ audire ser
monem reducitur ad preceptum
diuinū. et illud Sabbata sancti-
fices. Deutero. vj. Ubi recitatis

Uestiū penuria an excuset mulieres ab audienda missa?

Predicationē audire an sit ꝺ pcepto.

decem preceptis pcepit modum
quo seruari et doceri debent. Et
tūc tenetur qs audire qñ pdican-
tur sibi ea que tenet᷑ scire: vt sunt
ea q̄ sunt de necessitate salutis: si
cut pcepta euangelica: septem sa
cramēta / et alia q̄ sunt de iure di
uino. Et hoc cōiter fit dieb⁹ dñi-
cis et solemnib⁹ precipuis nō sim-
plicib⁹. An autē quis semper pec
cet nō audiendo sermonē tali die
quādo talia sibi predicant᷑ ꝛ quo-
modo. Ad hoc dico ꝙ quis omit-
tens audire sermonē / et qñ predi-
catur nō semp peccat: puta qñ nō
audit legitima causa excusante:
vel qñ tali die nō tenetur: tunc in
toto nō peccat. Quādoqꝫ peccat
venialiter: vt qñ nō audit ex cau-
sa: sed nō sufficienti. aut qñ ex de-
sidia aut pigritia non audit sine
cōtemptu. Sed tunc peccat mor
taliter qñ tenetur audire ꝛ ex me
ro cōtemptu nō vult audire / neqꝫ
habet causam. Tūc est enī magis
peccatū. Primo ppter maximū
bonū qđ spernit et negligit. talis
nō minus reus est q̄ si corpus xpī
in terrā cadere permitteret. vt di
cit August. in quodā sermone. et
habet᷑ in. c. interrogo. j. q. j. vbi sic
dicit᷑. Interrogo vos fratres ꝛ so
rores dicite mihi quid plus vide
tur esse vobis: corpus xpi / an ver-
bum dei. si vultis vere respōdere
hoc dicere debetis ꝙ nō sit min⁹
verbum q̄ corpus xpī ꝛc̄. In fine
concludit: quia nō min⁹ reus erit
qui verbū dei negligenter audie-
rit q̄ ille qui sua negligentia cor-
pus christi in terram cadere per-
mittit. Et vt dicit glo. ibidem hec
comparatio non attēditur penes
dignitatem sed penes efficaciam
Et intelligitur de leui negligen-
tia: non si quis sua temeritate et
sponte proijceret. declara vt ibi.
Sicut ergo predicatio euangeli-
ca non est nobis minor: sed maior

ad salutem consequendã q̃ corp⁹ christi: ita nec ẽ leuioris culpe sed maioris si v̄bũ dei negligẽter audimus. Item grauiori pctõ peccat ex eo. quia sicut magnũ cõtẽptũ faceret seruus si dñm nollet audire ꝛ dñs talem culpã nõ dimittteret impunitã. ita nec deus. Esa. v. vbi de talib⁹ dr̃ ꝙ abiecerũt legem dñi exercituũ ꝛ eloquiũ sancti israel blasphemauerũt. Item in tali nolẽte audire est signũ eterne damnationis. Da exemplũ de illo si vis scire vñ sit ꝛ de qua patria ꝛc̃. Nõ xp̃s dixit iudeis Joh. viij. Propterea vos nõ auditis qꝛ ex deo non estis. Hoc patet ꝑ exẽplum quod scribit Jacobus de vitriaco de quodã rustico qui nũq̃ voluit audire v̄bũ dei sed semper exiuit de eccl'ia quãdo plebanus incepit sermonẽ. Uide in speculo exẽploꝝ. dis. ix. c. ccxj. Sꝫ quero. Quod magis est eligendũ in festo: an auditio misse: an p̄dicatõis cũ vtrũq; nõ põt audiri. Solutio ꝙ auditio p̄dicationis. qꝛ rõ legis in hoc magis militat vt ptꝫ intuẽti iura. de conse. di. j. in. c. om̃es fideles. ꝛ. c. sacerdote. ꝛ. c. ep̃s nullum. q̃ magis rõne audiendi scripturas sanctas ꝛ v̄bũ dei p̄cipiũt missas audiri q̃ alia rõne. Facit ad hoc dictũ. c. interrogo vos. j. q. j. Utrum audiẽs missam dicẽdo suas oratiões satisfaciat. Solutio ꝙ nõ. licet nõ credã ꝙ peccet mortaliter q̃n ex deuotiõe facit. sꝫ melius est omittere nisi q̃n sacerdos dicit secretas. Aduerte tñ ꝙ non excusarez a mortali illũ q̃ diceret aliqua ad que tenet̃. puto officiũ horarũ canonicaꝝ q̃n dicit̃ missa. et est de p̄cepto ꝙ audiatur. ar. c. ex litteris. de ꝓba. cuꝫ ibi notatis in verbo vices duorũ. sec⁹ si missa est de cõsilio audiendi. ¶ Consequẽter quero vtrũ fr̃ibus minoribus liceat missam celebrare in domibus secularium vel alibi cũ altari viatico hoc est portatili. Solutio ꝙ sic ꝑ tex. in. c. in his. de p̄uil̃. q̃ dicit: vbicunq;. quod est verbum generale. Caueãt tamẽ celebrare extra loca eoꝝ nisi existente necessitate propter scandala que eueniunt cum diocesanis ꝛ sacerdotibus parrochialibus. Et multotiens per diocesanos est excommunicatio sinodalis. licet eos nõ astringat. Idem priuilegiũ habẽt fratres predicatores. vt no. glo. in c. fi. de priuil̃. li. vj. Precipitur tñ in virtute sancte obedientie ꝛ sub interminatiõe maledictionis eterne religiosis om̃ibus ne dicant aliqua v̄ba: itellige infamatoria vel falsa vt retrahant laicos ab ecclesiarum suarum parrochialiuꝫ frequẽtia vel accessũ in cle. religiosi. de priui. Utrũ aũt peccet parrochianus audiendo missam a notorio fornicatore vel recipiendo ab eo alia sacramenta. Solutio. Dic ꝑm notata per Panor. i. c. vestra. ꝛ. c. fi. de coha. cle. et mu. ꝙ quilibet ꝓ mortali est suspensus q̃tum ad se. tamen talis nõ est suspẽsus quo ad alios. nec debet in officio vitari: nisi pctm̃ sit notoriũ. Et notoriũ est / scilicet iuris ꝛ facti. Notoriũ iuris dicit̃ q̃n per sententiã conuincitur de crimine vel ꝑ confessionem suam sponte factã condẽnatus est. ꝛ tunc non est licituꝫ audire talem. ꝛ peccant contra facientes. Sed dubiũ est in notorio notorietate facti vt quia habꝫ cõcubinaꝫ publice in domo: nec fuit condemnatus nec in iudicio confessus. Et iste est casus periculosus. d̃ quo dicit Panor. se sepius fuisse interrogatuꝫ apud homies timoratos. Et concludit dimissis opiniõib;s de subtilitate iuris sic posse distingui. Or autem fornicatio est ita notoria ꝙ nullam habet dubitationẽ: sicut videmus i plu-

Predicatõ vtilior ẽ q̃ misse auditio

Missaꝫ audire a notorio fornicatore an sit pctm̃.

